



MS 15

O. d. 220





DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
IVRIDICA  
QVA  
**CASTRI GERMANICI**  
**NATVRA ET INDOLES**  
IN  
ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA  
AVCTORITATE  
ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE  
**PRO GRADV**  
IN VTROQVE IVRE  
**DOCTORIS**  
RITE CAPESSENDO  
EXHIBETVR  
ET  
PVBlico EXAMINI SVBMITTITVR

A  
**PHILIPPO CAROLO L. B. DE KNIGGE**

S. R. I. EQVITE  
DOMINO IN BREDENBECK, PATTENSEN, LEVESTET ET THALE.

AD DIEM **XIX** AVGVSTI C<sup>17</sup>CCXLVII.

GOTTINGAE  
TYPIS ABRAMI VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.



*M. Comiti de Holberg*

DIESER TITEL IN LIBRARIA  
TARIFICO

647

CASTRI GERMANICI  
NATURA ET INDICES

IN

VERDAMIA GEORGIA VACATA

AVATORIATIS

LIBRARIIS LOCUTORIIS IURIDICIS

PRO GRADA

IN AVOCATIONE LUR

DOCOTORIS

TRIBUS CATHARINENSIS

LIBRARIA

ET

LIBRARIIS ET ALIIS LIBRARIIS

THEMIS CATHARONI ET ETIENNE

ET ILLA LIBRARIA

LIBRARIO IN AVOCATIONE LATENTIUM LIBRARIA

LIBRARIO IN AVOCATIONE LIBRARIA

COLLETTORIS

LIBRARIO IN AVOCATIONE LIBRARIA

2148,

ILLVSTRISSIMIS ATQVE EXCELLENTISSIMIS

D O M I N I S

AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI

MAGNAE BRITANNIAE REGIS

DVCIS ELECTORIS BRVNsvIGO - LVNE-  
BVRGICI

MINISTRIS STATVS

E T

CONSILIARIIS INTIMIS

MAECENATIBVS

A C

LITERARVM STATORIBVS SVMMIS

DOMINIS SVIS

G R A T I O S I S S I M I S

CVM

ARDENTISSIMIS, PRO TANTORVM  
PATRONORVM PERPETVA INCOLVMITATE,

VOTIS

HOC OPVSCVLVM

D. D. D.

CONSERVARIIS INTIMIS

MICROGRAPHIA

DA

Cultor obedientissimus

PHILIPPVS CAROLVS L. B. de KNIGGE.



**A**d lectio[n]em libelli, quem adornavi, ipsius, antequam **TE, LECTOR,** convertas, necesse est, ut quaedam de constitutione eius ad **TE** verba faciam. Castra in Germania, licet sint res antiquissimae, qui tamen iustam eorum notionem ad hunc usque diem

\* 2

tradi-

P R A E F A T I O.

derit, nemo est. Typis quidem Seculo proxime praeterlapsò vulgavit de *Ganeribus Castrorum* commentationem IACOBVS WERNHERVS KYLLINGERVS, & paulo post in lucem prodiit dissertatio *de iure Burgorum* quam sub WILHELMI SCHMVCKII praefidio IOHANNES HERINGIVS, *Lipsiae* defenderat: verum enimvero neutrius labor ita comparatus est, ut jus germanicum proprius nosse cupientium expectationi respondere possit. Qui enim naturam & indeolem castrorum Germaniae ex juris patrii fontibus haustam, in his operibus reconditam credit, egregie fallitur; tantum profecto abest, ut boni viri legum germanicarum, rationem habuerint, ut potius notionem castrorum in legibus peregrinis atque libris ICtorum Italorum, Hispanornm Gallorumque, satis inepte quaesiverint. Quis vero est, qui non videat, cum sit peculiaris castrorum Germaniae natura, hanc ex domesticis unice fontibus petendam esse?

Offert itaque TIBI libellus hic meus, rei sat vetustae quidem, sed nondum iuste definitae, notionem novam eamque genuinam, propinantr TIBI hic nova, non quod nunc primum nascantur, sed quod diu sepulta, conspectui omnium recens exponantur. Ut autem eo luculentius constet, quid praefiterim, & quid adeo ab hoc labore meo sit expectandum, brevem eius historiam, praemittere animus est.

Quum

P R A E F A T I O.

Quum animadvertissem, plurimos in hoc pec-  
casle, quod varias vocis castrī Germaniae notationes  
& eas, quae idem significant voces non recte inspe-  
xerint, eam mihi legem scripsi, ut primo statim lo-  
co ad hos scopulos ne allidar. *In primo igitur ca-  
pite in originem castrī Germanici qua vocem in-  
quisivi.*

Lectio, porro, legum domesticarum, & diplo-  
matum me docuit, naturam castrī in Germania co-  
gnosci non posse, nisi originem eius, hoc est, cau-  
sam efficietem & finalem, ut a philosophis adpellari  
solet, cognitam ac perspectam habeamus. *Quae res*  
*fecit, ut caput primum sequantur origo castrī qua-*  
*rem, & brevis fisci germanici delineatio, quo-*  
*niam ex fisco castra indolem accepisse suam didici.*

Genus omnium castrorum esse locum munitum,  
nunquam in dubium vocavi, verum, credere, castrī  
germanici essentiam in munimentis sitam esse, ridi-  
culum mihi semper visum est, quae opinio me neu-  
tiquam fecellit. Nam cum leges & diplomata dome-  
stica, magnaque vetustarum chartarum multitudo,  
sub appellatione castrī, praeter locum munitum, o-  
mnes eius pertinentias constanter complectantur; ca-  
strum in Germania, *locum munitum cum pertinen-  
tiis suis esse*, facile perspexi, id, quod *in capite ter-  
tio satis probatum dedisse mihi videor.*

P R A E F A T I O.

Comperta castrorum essentia, nempe eorum pertinentiis, in has ipsas inquirenti mihi, ex fisci germanici notione & fontibus patriis sese ingens regalium quae communicativa vocantur, complexus obtulit, qui fecit, ut definiendum fuerit *castrum: locus munitus, cuius pertinentias complexus regalium constituit communicativorum*. Probavi autem hoc, in capite quarto, quod de castris pertinentiis inscribitur.

Postquam vidi, essentiam castris regalibus absolvi quibusdam; quisnam regalium horum possessor esse possit, circumsipientia, castra cum regalibus in dominio olim nobilium omnis fuisse ordinis, hodieque eodem modo possideri, & hinc res esse, commercio subiectas, magna diplomatum forrago prodidit. Me igitur in capite quinto de possessoribus castrorum, verba facere oportuerat. Et quoniam ex his principiis fluit, quod *castrum vel jure allodii, vel feudi possideatur*; quod *ad ejus possessionem specialis concessio principis haut sit necessaria*; quod *possessor castris ad edendum principi titulum obligatus non sit*; quod *denique ad praescriptionem castris ejusque regalium tempus immemoriale, nullo, quo utimur jure, requiratur*, has conclusiones in capite ultimo a Doctorum oppugnationibus liberavi.

Prae video, fore haut paucos, quibus doctrina castris germanici longe gravior videatur, quam quae ab

( P R A E F A T I O .

ab homine aetatis meae, juste pertractari posset, quippe cui non Prolyta sed iuris & antiquitatum germanicarum peritissimus tantum recte manus admovere valeat. His respondere fas est. Non ita mihi placeo, ut me, quod conspectu eruditorum sit dignissimum, aliquid producere posse credam ; neque etiam leve, quod edo, specimen omnibus numeris obsolutum putare, unquam mihi in mentem venit. *Continet illud solum prima cognoscendi naturam & indolem castri germanici principia ; & o ! qnatae mihi foret laetitiae si Viro in iure germanico versatissimo cuiuspiam, de hac materia politius atque doctius agere, eam in maiori luce collocare, atque ubi lapsus sim, monstrare placuerit.*

Donec factum hoc fuerit, his lineamentis castrorum, LECTOR utere, ad quae scribenda, ut scias, me non plane illotis manibus accessibile, te, ignorare nolo, quibus illa auxiliis nata sint. Nimirum ipsos fontes iuris germanici, non modo splendida & instructissima huius academie bibliotheca Buloviana praebuit, sed multi quoque viri Celebres thesauros suos librarios mihi recluserunt quam humanissime. Quicquid igitur in evolutione scriptorum germanicorum deprehendi, quod castris germaniae docendis usui esse poterat, meum feci, & ad principia generaliora revocavi. Maximam vero lucem mihi affudere *Colle-*  
*ganea*

P R A E F A T I O.

*etanea* Viri mea laude maioris, **ILLVSTRIS GRV-PENII**, quae is non solum, ea qua solet humanitate mecum communicavit, sed etiam in hoc labore iisdem utendi liberam mihi potestatem dedit: multa etenim hoc variarum iuris germanici particularum receptaculum, loca diplomatum in editorum, & castri naturam mirifice illustrantium; ut & *varia ad cognoscendum fiscum germanicum* apprime necessaria, & quae de regalium possessione & prae-scriptione, a me dicta sunt, porrexit. Pro quo humanitatis erga me monumento, gratias huic Viro Celeberrimo & patriarum antiquitatum perscrutatori folertissimo, me debere maximas, publice profiteor. Haec sunt, **LECTOR** humanissime, pauca, quibus te volebam. Scripti die XXIV. Julii & O. R. MDCCXXXVII.

CAPVT

CAPUT PRIMVM  
DE  
ORIGINE CASTRI GERMANICI  
QVA VOCEM.

§. I

**I**n genuina notione indaganda *Castri*, recte atque in derivatione ordine nos processuros, de origine vōcis ejusque ne vōcis Castri non con- nativa quasi significatione, in limine statim follicitos veniunt inter se Gram- esse oportet, quo deinde eo facilior sit ad ejus naturam matici. ac promanentes conclusiones, descensus. Ad radicem vōcis *Castri* quod spectat, cum ille, qui sibi persuadet, hodie omnium vōcum in quavis lingua originem demonstrari luculenter posse, in clarissimae veritatis versari debeat ignorantia; certe nostris temporibus, si quid videmus, tam obscura est nostrae vōcis *Castri* origo, ut meris utendum sit conjecturis. Quae res quoque facit, ut in diversas abeant partes Grammatici, quorum opiniones hic in medium producamus, ex quibus, Lector,

*elige cui dicas, Tu mibi sola places.*

A

§. II.

CAPVT I. DE ORIGINE

§. II.

Quidam pu-  
tant Ca-  
strum a ca-  
stitate di-  
ctum esse;  
quorum opl.  
putantes. Equidem non nego, Romanorum castris  
licet Romanis interessit non lieuisse mulieribus; adeoque in hoc ad-  
in castris  
mulieres non stipulamur SERVIO d), qui, Nefas, ait, non in eo tantum  
passi sunt.

Agmen dueant SERVIUS a) & ISIDORUS HISPAN-  
LENSIS b), quos STEWECHIUS c) & alii sequuntur;  
Castrum nomen habere suum a castitate, quasi dicas castra,  
quod Aegyptiam Romanus duxerat, sed etiam, quod mulier  
Castrum sequebatur, quod ingenti turpitudine apud maiores fuit.

Nihil enim fortitudini majori esse impedimento vide-  
runt Romani veteres illecebris urbanis, quam ob cau-  
sam Imperator SEVERUS e) etiam filios suos ex urbe  
abduxit, ut nempe procul munditiis urbanis, militari  
& sobriae vitae in castris adsuescerent: & CORNELIO  
TACITO f) auctore, Imp. TIBERIO nullus juveni ur-  
bano luxu lascivienti tuior, quam in castris, locus  
esse videbatur. Eundem in finem PUBL. SCIPIO AE-  
MILIUS A. V. C. DXX. g), teste VALERIO MAXIMO h)  
eodem temporis momento, quo castra intrabat, edi-  
xit,

a) ad VIRGIL. *Aeneid.* Lib. III.  
v. 519.

b) *Etymolog.* Lib. IX. c. III.

c) in *Comment. ad FLAV. VE-*  
*GIT. RENAT.* de Re militari cap.  
III. p. m. 8.

d) l. c. Lib. VIII. v. 687.

e) HERODIANVS L. IV. confer

in hanc rem STEWECHIVM ad  
VEGET. l. c.

f) *Annal.* L. II. cap. XLIV.

g) Aut, ut alii volunt, anno  
DXIX. quos vide apud ROSIN.  
*Antiqu. Rom.* L. X. cap. XII. p.

789.

h) L. II. C. II. T. I.

xit, ut omnia ex iis, quae voluptatis cauſa erant comparata, auferrentur ac submoverentur; atque tunc temporis duo millia scortorum e castris ejecit. Quo etiam ſpectant, quae funt apud PROPERTIUM <sup>i)</sup>:

*Romanis uitinam patuiffent caſtra puellis,*

*Eſſem militiae ſorciña fida tuae.*

Neque aliam ob cauſam antiquis temporibus matrimonia militibus erant interdicta, quam ut VENUS <sup>k)</sup>, MARTIS circulos ne turbaret; licet haec omnia ſequiori aevo in defuetudinem abierint <sup>l)</sup>. Ex more vero iſto, mulieres non habendi, originem vocis CASTRI, dubito, an hodie ſit ullus, qui ducere ſerio animo au-deat: SERVII enim & ISIDORI <sup>m)</sup> auctoritas tanta non eſt, ut ſanam rationem vincere poſſit.

### §. III.

<sup>i)</sup> Lib. IV. Eleg. III. v. 45.  
<sup>k)</sup> TACITVS Annal. L. XIV.  
cap. XXVII.

<sup>l)</sup> vid. STEWECH.adveget.p.8.

<sup>m)</sup> Venit mihi in mente interdum conſicere, & SERVIVM & ISIDORVM veram noluisse *Caſtri* derivationem nobis tradere, ſed luſiſſe quaſi ingenio fuo, hoc que luſiſſe ad caſtitatem olim apud milites fervatam reſpexiſſe, imi-tantes veteres Romanos, qui li-cep non ignati vere linguae or-iginis ſue, tamen verbiſ hude-

re, & ingenio fictiſ etymologijs rem ipsam ſimul exprimere ma-lebant, quam Επυρος genui-num tradere, id quod docent multa exempla, uti fidem appella-tam eſſe, quia fit quod dictum eſt C.I.C. de Offic. L. I. c. 7. & Lib. XVI. Ep. 10. *Testamentum dici-in-de, quod fit testamentis pr. Inſt. de Testam. ordin. Muuum quaſi quod es meo fit tuum: Furem ve-nire vel a furvo vel a fraude vel a ferendo, §. 2. Inſt. de oblig. quae ex Del. naſc.* Qua de re non fi-ne

## §. III.

Improbatur  
fententia  
Castrum ve-  
nire a Casae,

Sunt etiam, inter quos est *SCALIGER* a), quibus  
*Castrorum* venire videntur a *Casae*: Casae autem (ut ajunt)  
erat omne & quodlibet tugurium stramineum b). Ita  
scenae sive timbracula militaria & tentoria, propter si-  
militudinem rei, dicta quoque fuerunt *Casae*. Inde ca-  
nit *OIDIUS* c),

*Sub Iove pars durat, pauci tentoria ponunt:*

*Sunt quibus e ramis frondosa casae facta est.*

AC *VEGETIUS* quoque d) casas pro tabernaculis sive  
tentoriis accipit, dicens: *Tabernacula vel casae militum cum  
impedimentis omnibus nutu ipsius curabantur*. Haec illi. Ve-  
rum enim vero, quoniam haec opinio nulla auctoritate  
Grammatici alicujus nititur, & neque *OIDIUS* neque  
*VEGETIUS* castra ipsa a casis venire dicunt, sed tan-  
tummodo tentoria militum, quippe quae tuguriis stra-  
mineis haut absimilia, *casas* appellent, quo nomine  
quaevis etiam minor domus insigniri poterat; sequitur  
hanc.

ne fructu legi possunt Viri Illu-  
stres *GEBAVERVS* in praef. ad  
*TRECKELII* libr. de orig. Testam.  
fact. & *OTTO* in orat. de Philos.  
Vett. Ict. Stoica.

in Etymolog. ling. Latin. sub  
voce *Castr.*

b) conf. *OIDIUS* L. 2. Amor. 9.  
v. 18. & *VIRGIL* Ecl. 2. v. 23. vi-  
de *FAERI* Thesaur. voce *CASA*.

c) Lib. Faft. III. v. 527.

d) De re milit. L. II. c. 10. ad  
quem vide *STEWECHIVM* pag. 6.

a) L. I. Poet. C. 21. ad quem  
videri meretur *GERH. VOSSIUS*

hanc derivationem itidem ingeniosam quidem, sed falsam esse. Sicuti jam observavit IOVIANUS PONTANUS e).

## §. IV.

In alia omnia vero abeunt illi, qui credunt *Castrorum* - Nec graecum illud *καστραμα* vel *καστρα*, quo-  
riginem trahere agracco *καταστραμα* vel *καστρα*, quo-  
rum principes sunt PONTANVS & VOSSIVS, quod *καταστρα*  
*καστρα* erat conformatum navis, quo instrueta  
navis, *τεῖλα*, deslituta autem non *τεῖλα* appellabatur.  
Tutelam suae sententiae se invenisse putant  
in HESYCHIO a), ubi *καταστραμα* dicitur pars navis, in  
qua stantes pugnam navalem edunt, *καταστραμata τῆς*  
*νέος μέπος ἐν φύστιτις νευμαχήσσον* atque magis probabilem  
reddere student, eo, quod *ipsas* inde *naves* posse appellarci *Castrorum*, dicant; & ad testes hujus rei provocent,  
VIRGILIIUM b), classem in statione positam, *Castrorum*  
dicentem: & c, SILIUM ITALICUM c), canentem,

Jam Phryx condebat Lavinia Pergama viator,  
Armaque Laurenti figebat Troja Iuco;  
Verum ubi Tyrrheni perventum ad fluminis undas,

c A-

e) In Act. fol. 139. Ed. Ald. Confer. VOSSI Etymol. Lat. ling. voce *Castrum*. tig. Rom. Lib. X. c. XX. p.m. 759.

b) Aeneid. L. V. verl. 668.

c) Punic. L. XIII. v. 65.

a) Conf. quoque ROSIN. An-

A 3

## CAPVT I. DE ORIGINE

CASTRA QUE *Tyrides posuit fulgentia ripa,*

*Priamidae inremuere metu.*

& alibi *d*),

*Aeneadas undis totoque equisse profundo.*

*Sic Venus : & tamidi confidunt gurgite fluctus,*

*Obviaque adverfis propellunt agmina CASTRIS.*

Ex quo fonte promanasse quoque credunt distinctionem inter stationem terrestrem & navalēm, quae a IULIO CAL-  
SARE *e*), & CORN. NEPOTE *f*), nomine *Castrorum nau-*  
*tiorum* notetur.

### §. V.

Refelluntur Grammaticorum de origine vocis *Castri* sententiae Grammaticorum: quarum nulla cum satisfaceret mihi, neque tamen mihi tantum tribuerem, ut limatus quid & certius me producere posse crederem, ut potius, vires meae quam sint exiguae, nossem; meam, utpote alienam, immittere non sum ausus. In tanta igitur rerum incertitudine, occasionem praebuit exoptatissimam Academiae nostrae Georgiae Augustae Bibliotheca, ad hujus rei consilium adhibendi Celeberrimum GESNERIUM, Virum uti de quavis eruditione, ita signillatim de latinitate atque arte critica praeclare meritum; qui, qua

*d*) Lib.XVII v.290.

*e*) de Bello Gallico. L. V. C. 22. *f*) VII. 8. 5.

EASTRI GERMANICI QVA VOCEM. 7

qua solet humanitate, dubia, quae communi opponebam opinioni, audivit non modo probavitque, sed etiam, quid Ipse de vera verbi *Castri* etymologia sentiat, per litteras significavit, quas, ut hujus Viri mens suis quoque verbis, hoc est, elegantissime, exprimatur, hic interserere nullus dubitavi. „Quaerebas scribit GESNERUS, heri in Bibliotheca Bulowiana, quam non minori studio soles frequentare quam alia voluntatum loca alii, de origine & notatione nominis „*Castrum* & *Castra*: Videbatur Tibi, & recte videbatur, non audiendos esse, qui post bonum Isidorum „Orig. 9.3. dicta putant, „Castra quasi casta, eo quod illuc castraretur libido. Nam nunquam iis intererat mulier. „Videbatur mihi non melior, quin deterior „multo eorum ratio, qui, serio an ludentes incertum, „*Castra* deducunt a Graeco καστρα. Id constra- „tum navis est, quod quae naves habent, τεῖλαι vo- „cantur, seu κατάφρακτοι, ἀφράκτοι autem, quae illo „carent. Vid. Scheffer. de mil. navalib. 2, 5 p. 130 seq. „Colorem sententiae ita abnormi petunt ex Hesychia- „na interpretatione, qui καταστρόματα explicat τῆς νέος μέρους ἐν φέτῳ ταυμαχοῦσιν, Pars navis in quo stan- „tes pugnam navalem edunt. „Eadem facilitate pote- „rat etiam a Latino *Constratum* deducere, si non & res „ipsa & lege quadam usus stabilita derivandi ratio re-

pu-



„ pugnaret. Quid tu igitur *Gesnere* censes? dicebas  
„ *G. D.* nec iis te contentum esse dicebas, quae in the-  
„ sauro nostro Linguae latinae disputata tibi ostende-  
„ ram. Vide quam non impune laceſſantur Gramma-  
„ tici. Devoranda Tibi est moleſtia legendi epistolam,  
„ quam non nimis brevem fore praevideo. Nempe  
„ ut sub exemplo videoas, quam loquax eademque  
„ quam morosa natio simus, res paulo eſt repetenda  
„ altius. Primum dico, non poſſe omnium omnino  
„ vocum Latinarum, nec puto ullius sermonis origines  
„ & veluti stirpes hodie oſtendi. De talibus loquor  
„ originibus, quae mensuram nominis fui Graeci im-  
„ plent, quae ſint ἔτυμα, hoc eſt vera. Etymologia  
„ enim, ut noſti, *veriloquium* eſt, interpretante ex verbo  
„ verbum Tullio. Non opus eſt rationibus hoc, quod  
„ dixi, conſirmare, quae non ſunt abſtrusae: ſed ſatis  
„ eſt provocare ad bonam partem verborum cuiusq[ue]  
„ cunque linguae eorumque ἔτυμα ab homine docto, &  
„ non impudente petere. Quo enim magis ille doctus  
„ erit, quo minus impudens, tanto ſe plura ignorare  
„ fatebitur ultro. Si tamen placeat tibi, *G. D.* aliquan-  
„ do unam horam alteramque huic quaefitioni tribue-  
„ re, poteris a me ſumere Chriſti: Daumii libellum  
„ de cauſis amissarum linguae latinae radicum, cui li-  
„ bello impensus labor et eruditio non debet numero

pa-

» paginarum aestimari. Itaque dedecori mihi non pu-  
 » tarem, qui iam tertium totius linguae latinae, quoad  
 » hodie supereft, opes non negligenter recensui, sim-  
 » pliciter dicere, unde sit nomen *Castrum & Castra*, pla-  
 » ne ignoro. Sed juvat tecum, G. D. συμφιλολογεῖν, &  
 » videre an forte hariolando ac velut palpando, ad id  
 » quod quaeris pervenire licet. Qua in re illud pri-  
 » mum est, ut separemus literas fervientes & forma-  
 » trices ab his quae ipsam velut radicem nominis con-  
 » flitunt. Est autem apertum, in eo genere esse  
 » quinque ultimas *S T R U M*, ut stirpi & trunko, seu ho-  
 » nestius caput appellare malimus, non relinquantur  
 » nisi duae *ca*. Si dubitas, considera quaeſo, an non  
 » sint similia, *haſtrum*, *clauſtrum*, *raſtrum*, *roſtrum*,  
 » *laſtrum*, *fluſtrum*, quae ab *haario*, *claudio*, *rado*, *rodo*,  
 » *luo*, *fluo*, duci nemo temere negaverit, non minus  
 » quam ab *arando aratrum* est, & a *ruendo rutrum*, & a  
 » *ferendo feretrum*, e. i. g. a. quam productionem vo-  
 » cum a Graeco fonte fluxisse, ἄποτρον, & σάστρον, &  
 » σχίπαστρον, & magno numero alia, satis declarant.  
 » Haec cauſa est etiam, cur ludere potius quam ve-  
 » ram originem indicare cenſendi ſint, qui formatrices  
 » illas literas *S T R U M* ſumunt ex Graeco ΚΑΤΑΣΤΡΩ.  
 » *Mata*, ubi foliae tamen ΣΤΡΩ primitiae ſunt, KA  
 » autem ex praepositione *κατα*, quae mille verbis praef-  
 »

B

poni

„ praeponi eadem ratione solet. Relinquitur ergo, ut  
„ stirps nominis, de quo inter nos quaeritur, delite-  
„ scat in literis *CA*, sive solis sive addita una litera quae  
„ inter formandum in *S* transierit: ut cum ex *raDo ra-*  
„ *Strum* fit, *hauStrum* ex *hauRio*. Verum enim vero  
„ non extat neque *CAO* verbum hodie neque *CARIO*:  
„ *CADO* est illud quidem verbum usitatum, sed cuius  
„ nota significatio ad *Caſtrum* applicari nullo modo  
„ possit. Credibile ergo est, fuisse inter alias amissas  
„ olim latinae linguae radices, etiam verbum aliquod,  
„ quod *continendi*, *coercendi*, *conſtrigendi* significationem  
„ haberet, unde derivata fint ifta: *Caſa*, non modo  
„ quatenus *anguſtum* *tuguriolum* notat, sed illo etiam a-  
„ grimentorum intellectu, quo fundum suis limitibus  
„ circumscriptum significat: tum *Caſtus* s. *Caefthus*, lora  
„ quibus circumdati manus armabantur pugilum: &  
„ *Caſtus* s. *Cefthus*, cingulum: & *Caſtus*, hoc est continens  
„ se & purus a mala omni libidine: itemque *Caſtus* sub-  
„ ſtantivum, & *Caſtimonia* sive continentia religiosa:  
„ & *Caſtigare* (factum a *Caſto*, ut a *famo* *fumigo*) conti-  
„ nere, coercere, unde *caſtigata frons*, parva & arcta  
„ est: & *Caſtrum* denique, quo continentur milites ne-  
„ palantes diffundant, discurrant, diffugiant. Cujus di-  
„ minutivum *Caſtellum*, aquis etiam attributum est,  
„ quas continet primum, deinde quorsum opus est di-  
mittit-

CASTRI GERMANICI QVA VOCEM. ii

mittit. Illa Castra cum muniri studiose solerent, in-  
de omnis reliqua ratio Castrorum quam tu tibi *G. D.*  
explicandam sumfisti, deduēta est. Quod enim v. g.  
Castrorum plurium nomine, de statione exercitus dicun-  
tur, illud inde est, quod pluribus munitis & re-  
ductionibus, ut hodie vocant, fossa illa perpetua,  
quae cingit totum exercitum, distincta est, &c. quae  
tibi nota planissime esse non dubito. Si quis vero  
*tui, G. D.* dissimilis, acrius & imperatorie instare mihi  
velit, nec me dimittere prius, quam verbum sibi  
aliquod latinum, usitatum, indicem, unde *Castrum*  
vel *Castrorum* deriventur: huic ergo, certe defungendi  
causa, dicam, *Castrum* esse quaedam veluti *Claustra*,  
diphthongo in literam *A* contracta, *L* autem amissio,  
eadem mollitie, qua ipsum *claudio* Romanorum, Italis  
in *chiudo* transiit, & *Clavis* facta est *Chiave*, Anglis ve-  
ro *Kew*; & plurima alia. Et video commodum jam  
*IOVIANO PONTANO* in *Aetio* placuisse, a *claudendo*  
*Castrum* deducere. Unum addo. Quod putabas, *V.G.*  
*Castrum* etiam pro *Classe* dici, hoc est pro multitudine  
navium, in eo, rogo, uti interea suspendas senten-  
tiam, dum legeris, quae videor mihi non sine ratio-  
ne contra illam sententiam disputasse. Bene vale &c.

## §. VI.

Significatus  
castrum pro  
loco ubi mi-  
litae tento-  
ria figunt,

Undecunque vero **CASTRI** vox descendat; illud certe per nebulam quasi videmus, illam in nativa significacione sua aliquid denotasse, quod continet atque coaret. Inde factum est, ut *Castrum* diceretur quo milites tentoria figentes continentur; quod quia, uti Celeb. **GESNERUS** quoque monet, fiebat pluribus munimentis, **CASTRVM** in hoc significatu, plurium quoque nomine venit atque in **CASTRA** mutatum est. Quorum omnium tractatio cum & illis jam curae cordique fuerit, qui antiquitates Romanorum descriperunt, inter quos, **GRUTEROS**, **GRAEVIOS**, **SIGONIOS**, **ROSINOS**, **NIEVPOORTIOS** &c nominasse sufficiat, & a scopo hujus laboris abhorreat, merito a me hic loci ficco pede praeteritur.

## §. VII.

**Castrum**  
denotat  
quemvis lo-  
cum muni-  
tum apud  
Romanos,

Ab hoc primaevō **CASTRI** significatu quoque sine dubio promanavit ille, quo **CASTRVM** erat quilibet locus munimentis instructus; adeoque mirari non debemus, & civitates & arces a) locis in altis positas, castrum nomen accepisse. Ita relatum legimus b), initio belli primi Punici, Firmum & Castrum colonis occupata esse;

a) **ISIDORVS** Etymol. L. XV.  
cap. 4.

b) **VELLEI**, PATERGVLS His-  
tor. Lib. I, cap. 14.

esse; quo etiam spectat celebre illud scriptoribus Romanis *Castrum inui*, cuius mentionem etiam facit *Silius Italicus* c),

*Faunigenae socio bella invasere Sicano  
Sacra manus Rutuli, servant qui Daunia regna,  
Laurentique domo gaudent & fonte Numici,  
Quos Castrum, Pbyrgibusque gravis quondam Ardea  
misit,  
Quos celso devexa iugo Junonia sedes  
Lanuvium, atque altrix caffi Collatia Brut.*

Plura hujus generis castra in auctioribus latinis, qui vocantur classici, & in primis *Cicerone d)*, *Virgilio e)*, atque *Livio f)*, passim obvia sunt, ubi harum rerum cupidi, sitem restinguere suam possunt. Eadem notationem habet apud Romanos veteres *CASTELLI* vox, nisi quod haec tantum valeat de locis munitis parvis, iisque plerumque limitaneis g), ad quae omne quod spectat, *Castellatum* vocatur: id quod in *Castellanis*,

hoc

c) Punic. L. IIX. v. 360: ad quem locum legi merentur, quae habet Celeb. *DRAKENBORCH*.

d) in Ep. ad Att. L. IIX. Ep. 12.

e) Aeneid. L. VI. v. 776.

f) Hist. L. XXXVI. cap. III.

g) *VEGETIVS* de Re milit. L. III. cap. IIX. & L. IV. c. X. *STEWACH.* ad eundem pag. 182. & 241. Lex 2. C. de Praef. Praet. *CICERO* Ep. ad fam. L. 15. E. 4. *CORN. NEPOS* in Hannib. cap. 12. n. 3. *Conf.* quoque *ISIDORVS* L. XV. c. 4.

hoc est, in iis qui principis iussu vel concessione Castellis praeerant *b*), militibusque *Castellanis* videre licet *i*).

## §. VIII.

Quidam si-  
gnificatus  
Castri in-  
proprietate.

Hic praecipius atque frequentissimus CASTRI signifi-  
catus successu temporum latius patere coepit, ut sub  
*Castro* mox omnis res bellica, mox ipsum bellum, moxque  
*Sedet* intelligeretur, quibus omnibus diutius immorari  
haecque amplius probare possemus, nisi ratio institu-  
ti nos juberet meminisse, potissimum nobis de genuina  
notione *Castri* in Germania nostra agendum esse.

## §. IX.

Cur originis  
vocis *Castri*  
Romanæ  
tractatio hic  
omitti non  
debeat.

Romanis ergo *Castrum* locum sive munitum liquet.  
Nullus equidem dubito, fore cui opera haec mea, quam  
origini vocis *Castri* ejusque diverso significatu placuit  
impendere, incongrua adeoque a fine laboris mei aliena  
videatur, cum is circa notionem *Castri* in Germania  
evolvendam atque stabiendum versari debeat. Quibus  
tamen respondeo: me, cum rem tractem, mere qui-  
dem germanicam, sed romano, adeoque peregrino nomine in-  
signiam, nativam *Castri* notionem, qua vocem quarum, ante  
omnia exprimere oportuisse, ne incidam in eosdem  
erro-

*b*) L. 4. C. de fund. Limi-  
troph.

*i*) L. 2. C. eod. *LIVIVS* T. 34.  
cap. 27. *SALLVSTIVS* de Bello Ing.  
cap. 92.

errores, quos multi etiam celeberrimorum *Ictorum* commiserunt, qui doctrinam Castrorum docere volentes, romana castra cum germanorum, ab illis mirum quantum distantibus, miscuerunt, indeque jura castrorum nostrorum ex fonte alieno atque impuro derivarunt.

## §. X.

Locum munitum omnem veteres Germani voce *Vocem Burg in Germania vetere omnem locum munitum notabile probatur.*  
**BVRG** expresserunt. Ipsa vocis hujus natura & origo, eorum, quae diximus, veritatem abunde monstrant. Constat enim inter eos, qui penitus *teutonicae linguae* naturam exploravere, antiquissimum vocabulum: *BAEREN*, notasse *levare* atque *attollere* a), quod deinde voces, *POR*, *altus*, *elevatus*; atque *BERG*, *mons*, produxit. Quoniam vero ipsi non solum montes veteribus Germanis erant saepius tutissima contra hostes receptacula, sed etiam extrueendis munitionibus aptissima; ipsis quoque *BEORGAN* seu *BERGEN* idem fuit, quod est *ROMANIS munire* b). Quo factum quoque est, ut & munimenta & ipsa loca munimentis clausa, nomine *BERG* seu *BURG* venerint. Vox *BURG* itaque in lingua teutonica sine omni dubio erat generalis, omnibusque locis munitis quadrans. Sic *arcem*, *castrum*, & *castellum* nomen

a) Conf. Cel. *WACHTERVS* VOCE *BERG*.b) Vid. *SOMNER*. h. v. & *WACHTER*. h. v.

nomen *burch* apud Germanos gerere docet IVNIVS *c*). Inde lucem quoque accipit denominatio **DISPARGI** Deusonis castris & castelli parvuli, quod apud **VEGETIVM d)** nomine *burgi* occurrit. Civitatis etiam atque urbis cuiuscunque nomen generale fuisse **BVRG**, non modo **SOMNERVS e)** probatum dedit, sed etiam **TATIANVS f)**, verbis :

*ni mah burg uuerdan giborgun ubar berg gisezzita, i.e.  
non potest civitas abscondi supra montem posita.*

& versio Gothica Evangelii *g*), verbis :

*inngaggandans in tho weibon baurg, i.e.  
introeantes in sanctam civitatem.*

Nec non vocabula antiqua, ex eodem fonte fluentia, videndi causa: **BVRGBRICE**, *violatio urbis*, **BVRG-CALDOR**, *praefectus urbis*, **BVRCHRIHT**, *ius civitatis*, & innumera alia, quae reperiuntur apud eos qui nostrae linguae glossaria scriplerunt, egregie illustrant.

### §. XI.

Objectiones  
contra hanc  
sententiam  
diluviantur.

Opponi nostrae sententiae huic posset primo: **BVRGOS** seu **BVRGA** in medii aevi scriptoribus, urbem non modo non significasse, quin imo potius ejusdem opposita,

*e) in Gloff. Goth. p. 84. apud WACHTERVM voce *Burg.* f) C. 25. 1.*

*d) de Re Milit. L. IV. c. 10. g) Matth. XXVII. v. 53. de quo loco vid. WACHTERVM l. c.*

sita, de Castris vero et castellis raro usurpata fuisse a). Deinde: ex **TACITO** b) liquere, *Germanorum populos nullis in urbibus habitasse*. Sed haec omnia facere non possunt, ut sententiam mutem meam. Quod si enim eorum, qui rei alicujus originem monstrare volunt, officium flagitat, ut ad antiquissima inde redeant quoad fieri potest aeva, tandem certe legem & mihi in Castris germanici originem realem & verbalem inquirenti, scriptam esse, facile video. Tantum itaque abeft, ut significatus *burgi* in medio aevo, me, qui loquor de notione *burgi* vetustissimis in Germania temporibus obtinente, turbare posſit, ut potius eiusdem notionis varia etiam in aevo medio fata mox sigillatim persecuti simus. Neque etiam nobis locus ille **TACITI** contradicit; quando enim optimus hic scriptor negat, *Germanorum populis veteribus oppida fuisse, absque dubio sermo ejus versatur circa urbes more Romanorum stractas*; id enim agit in aureo libello de moribus *Germanorum* **TACITVS**, ut statum *Germanorum* ubique opponat statui *Romanorum*. Quis vero est tam inconsiderans, ut, quod *Germani* populi caruerunt urbibus *Romanorum* similibus, murisque cinctis, exinde statim

a) Quod facit *CLUVERIUS*, gius voce *Burgus*.  
quem sequutus esse videtur *CAN-* b) de Morib. Germ. Cap. 16.

statim Germaniam veterem omnibus casarum congre-  
gationibus & locis caruisse, ut tunc erant Germano-  
rum mores, variis munimentis circumdati, adserere  
non erubescat? Germanos veteres morem, loca muris  
eingredi, haud ignorasse, indicio esse potest oratio  
**TENCTERORVM ad AGRIPPINENSES**, in qua *muros ci-  
vitatis* appellant *servitii munimenta*, adeoque Libertatis  
studiofissimi, illorum destruptionem c) postulant. Non  
igitur lapidibus & muris ad coercendos incolas, sed sil-  
vis, fluminibus, paludibus, fossis, aggeribus, sepi-  
mentisque districtus suos, atque casas congregatas, ad-  
avertendos latronum hostiumque insultus muniverunt.  
**Germani VARINOS & ANGLOS** fluminibus & silvis  
usos fuisse munimentis, **TACITVS** ipse testis est d), &  
**ANGRIVARIOS** quoque silvam & paludem *lato aggere\**  
*extulisse*, quo a CHERVSCIS dirimerentur, ab eodem e)  
docemur. Et profecto nisi habuissent vetustissimi Ger-  
mani loca more suo munita, qua quaeſo unquam ra-  
tione **IVLIVS CAESAR** f) mentionem facere potuif-  
set crebram *oppidorum SVEVORVM*, VBIOSQUE mone-  
re, ut sua ſequē in oppida reciperenſt g), aut qua fron-

c) apud **TACITVM** Annal. L.  
IV. c. 64. conf. quoque **WACH-  
TERVS VOCE BVRG.**

d) de Mor. Gerin. cap. 46.  
e) Annal. L. II. c. 9.

f) Comment. de B. Gall. Lib.  
IV. conf. CONKING. de Vrbib.  
German. §. 21.

g) Comment. de B. Gall. Lib.  
VI. cap. 10. CONKING. l. c.

te PTOLOMAEVS in Germaniae magnae Tabula *b*), magnum oppidorum numerum πόλεων nomine commemorare potuisset, inter quae TEVTOBVRGVM & ASCIBVRGVM ultimum locum non occupant? Fuerunt itaque in vetustissima quoad scire licet Germania, loca munita *i*), quorum generale nomen *k*) Burg erat.

## §. XII.

Quamvis vero Germanis populis loca munita dene- Hic signifi-  
catus germani-  
cus vocis  
gari non possint, quilibet tamen aequus rerum aestimator ex munieri ratione illorum, fluminibus nempe, silvis, paludibusque, facile, opinor, viderit necesse est, munitiones Germanorum veterum, cum urbibus, castris atque castellis, & burgis Romanorum comparandas non esse, sed tantummodo earum plerasque hodiernorum vicorum & pagorum speciem habuisse. Ex quo consequitur, quod vetustissimis temporibus, vox: Burg, pri-  
mis tempori-  
bus intelli-  
gendum fuit  
ce locis mo-  
re germani-  
co muni-  
tis.  
BVRG, in Germania, locum more Germanico pristino munitum, nentiquam vero muris & aliis operibus lapi- deis, vel turribus cinctum *a*) indicaverit.

## §. XIII.

*b*) conf. WACHTERVM VOCE  
*Burg.*

*i*) id quod mirifice illustratur acie illa ARIOVISTI Rhedis & carris auctore CAESARE circundata, quae hodiernum *Wagenburg* appellatur.

*k*) Licet dissentiat B. CONRINGIVS in Exercit. de *Urbibus Germanicis*.

*a*) Et hoc quidem modo dubia, quae CONRINGIVS l. c. §. 22. movit, facile componentur.

C 2

## §. XIII.

Quamdiu  
hic significa-  
tus durave-  
rit, ostendi-  
tur.

Haec significatio vocis *Burg* ad ea usque tempora,  
quibus in Germania castella Romana lapidea exstrui,  
Germanique muris & turribus munire coeperunt, per-  
mansit. Inde est, quod omnes fere uno fateantur ore  
scriptores *a*), *Burg* quamlibet domorum multitudinem  
congregatam, adeoque non *clausum oppidum* vicumque,  
olim denotasse. Eadem ratione quoque a voce *Burg*  
populos, qui ripas Rheni insederunt & postea in Gal-  
liam penetrarunt *b*), *BVRGVNDIONVM* nomen acce-  
pisse refert Auctor Vitae sancti *FARONIS* *c*) Episc.  
Meldenfis: *Atque in gentem coaluit magnam, & ex locis*  
*nomen sumit, quia pro limitibus crebra habitacula constituta,*  
*Burgos vulgo vocant, unde Burgundiones sunt vulgo dicti; fa-*  
*to nomine a nomine burgi.* Facilius nec minus poterit  
jam apud *CANGIVM COWELLVS* capi, qui ait: *Burgum est oppidum omni civitate inferius, quod per Chartam*  
*Regis fit corpus politicum, & jurisdictionem talem infra suos*  
*limites exercet d*).

## §. XIV.

*a)* OROSIVS Lib. VII. c. 22.  
ISIDORVS L. IX. cap. XI. LVIT-  
PRANDVS L. III. c. 12. quos se-  
quantur CLUVERIUS apud DU  
FRESNE voce *Burgus*, ADRIAN.  
REIER. de *Iure Castrorum* cap. II.  
§. 2. p. 17. KYLLINGER de *Ga-*  
*merbiis Castrorum* Difc. III. n. 7.

BRVNQVELL. de feudo Kemmina-  
tae vulgo *Kemnade* §. XIX. pag. 19.  
*b)* conf. DU FRESNIUS voce  
*Burgus.*

*c)* Cap. VIII. de quo vide sis  
DU FRESNE l. c.

*d)* Confirmant hunc signifi-  
catum

## §. XIV.

Cum postea sensim sensimque, quod Germanorum munita ad repellendos hostes non suffecerunt, urbes, Castra, & Burga *a*) & Castella, arte muniendi Roma- na structa, murisque & turribus firmata, in Germania nostra locum invenirent, cum re peregrina nominibus quoque peregrinis patria nostra donata est; jam enim ista tempestate voces peregrinae *Castri* & *Castelli* & *Burgi* frequentiores paulo esse coeperunt; & quoniam patria vox, quae locum munitum exprimebat, adfuit, nempe *Burg*; eam etiam locis omnibus, peregrino more munitis, significandis applicerunt Germani; ita ut omnia loca in Germania, sive more patrio, sive arte a Romanis petita, munita, burgorum *b*) nomine ventialint. Retinuerunt ergo loci paludibus, aggeribus, vel alio quovis munitamento Germanico cincti, nomen *Burgi*. Hinc in hoc significatu villae aliacque multitudi-

nes

catum etiam TRITHEMIUS Rec. Wurtzb. Rudolphi I. LUITPRANDUS de Reb. per Europ. Geft. I. 3. c. 12. BANGERT. ad HELMOLDI Chron. Slav. lib. 3. c. 95.

*a*) Habebant enim etiam Romani parvula *Castella* seu *turres*, quae vocabantur *Burgi*, monente VEGETIO de R. M. L. IV. cap. 10. quae vox *Burgi* Romana, licet ea-

dem cum Germanica gaudeat voce *Burg* origine, nempe lingua *Prygia*; tamen, ut patet, longe aliud quam primis temporibus Germanica vox, *Burg*, notabat.

*b*) Exempla hue pertinentia e scriptoribus mediis aevi multo labore congesta exhibentur in PFEFFINGERI VITRIARIO ILLVSTRATO Tom. II. p. 592. 593.

C 3

nes domorum muris non circumdatae, quibus arx fuit adposita, vel quae circa ejusmo di Castellum erant exortae, nomen *burg* acceperunt, & Castello oppositae sunt a scriptoribus. Ita sollicite separat *Castrum a Burgo* seu *vico adjacente CONRADVS DE FABARIA* c), verbis: quo levius *CASTRVM* potuisset obtinere CVM *BVRGO* *Wilte*. Nec non huc spectat locus ille S. S. Benedict, Saec. III. Part. I. pag. 373. d). *Gravissima fames* quae per septem annos continuos orbem oppressit, frequenter urbes & *Castrae* multa populorum stipatione pridem referta, sive villas sive Burgos ita depopulata est, ut aedificiis partim erutis rarus incola inveniretur. Eodem modo suburbia quoque, quippe quae raro muris cinguntur, nomine burgorum saepe in monumentis occurunt. *Hospitatus*, inquit, *BARTHIVS* e), est extra Willem, donec iniquus *Imperator* jussit hospitari in Burgo urbis. Et in Chronico S. Medardi Sueffion. f) sunt verba: *Albigensis appropinquantes civitati Carcassonae a Burgenibus & illis qui manebant in Burgo forensi intus, nocte per traditionem sunt intromitti* - - -

Ips

e) de Casib. S. Galli cap. 14.  
pag. 142. conf. DUFRESNE voce  
*Burg*, & BRUNQUELLUS l. c. p.  
19.

e) in Gloss. ex Guiberti Hist.  
Palaest. L. III. c. 4. apud CAN-  
GIVM l. c.

d) in Miracul. S. Weframini  
Episc. Senon,

f) vid. ACHERIVS in Spic. T.  
II. p. 797.

*Ipsi vero Albingenses ab obfitione recedentes totum forensem g)  
burgum inclytum Carcassonae igne combusserunt.*

## §. XV.

Videmus rationem denominandi & ipsas quoque <sup>Ipsae civita-</sup>  
civitates, more Romano muris clausas, voce Burgi. <sup>tes germani.</sup>  
Recte itaque se habet versio quam superstitem <sup>cae vocantur</sup>  
<sup>Burgi.</sup> habemus  
OTFRIDI a), qui verba Evangelistae, *ite in civitatem*,  
Germanice reddit;

*fare in thia Burg*

Plura jam dedimus exempla, in §. superiori nempe X. ci-  
vitatum, *burg* appellatarum. Ubi quoque vim intrin-  
secam vocabuli hujus monstravimus. Interdum vero  
etiam urbes & civitates, a Castellis ipsis adpositis no-  
men peculiare, quod *burg* finitur, acceperunt, ut in  
WVRTZBVRG, HAMBVRG, BATENBVRG aliisque plu-  
ribus videmus.

## §. XVI.

Cum, uti ex superioribus & in specie §. X. con- Nec non  
stat, Germanis olim fuisse nomen generale *burg*, quod minora loca  
tribuerunt omnibus locis, quavis ratione, vel natura Castella, ar-  
vel arte, munitis; facile est intellectu, candein vocis gen.

NO-

g) a quo burgo forensi absque *bourg* vid. FRESNE voce Bur-  
dubio venit gallicum illud *Faux-* gum.

a) Evangel. L. IV. cap. IX.

notionem etiam ad minora loca muris cincta, ut *castra, castella, & arces* translatam fuisse; id quod non modo Illustris ESTOR a), pro more suo erudite & solide demonstravit, verum etiam ex multis diplomaticis patet: velut ex *Conventionibus & pacificatis inter Sifridum & ministeriales de Wölfershausen, objecti jurisdictionalis feudalium, castrensis, Centae, &c.* Ao. MCCXLVII. c) in verbis:

Caeterum postquam nobis solverit LXXX. marcas praefatas, quas debet nobis nomine feudi castrensis, assignabimus ei & ecclie Mönchentine, de bonis proprietatis nostre, sicut ipsi in castro habebimus, plus minus VIII. marcarum Redditus annuatim, & in feudo castrensi habebimus perpetuo bona ipsa. De fida etiam Castris custodia, quae BVRGHYDE vulgariter appellatur, sibi prestitum iuramentum.

Simili modo loquitur *pacifum illud* Ao. MCCLXVI. cum *Dynasta de Nuenburg quoad Castrum Nuenburg Wedelberg* c) &c. initum:

Dum tamen prestant juratoriam cautionem utriusque nostrorum qui habemus ipsorum Castrorum dominia, super ipsorum Castrorum intra & extra, & personarum ac rerum nostrarum securitate ac fideli custodia, quae BVRGHVTE vulgariter appellatur,

Ejus-

a) in elegantissimis commentariis de ministerialibus.

b) in Perillusfr. EVIDENT Co-dice diplomatico pag. 596. seq.

c) apud Eundem pag. 715.

Ejusdem significatus esse ea, quae de *Burg* & *Burgleben* disponuntur in iure feudali Germanico utroque d), post *Auctorem Actor. Lindau. e*), *CHRIST. THOMASIVS f*) probavit.

## §. XVII.

A significatu *Burgi*, nostra oratio denuo ad vocem *Castris* se convertit. Sicut *Castrum* in patria sua, nempe Latio, in genere munitionem (§. V.) & quemvis locum munitum (§. VII.) indigitavit; ita in Germania quoque cum re, nempe loco more Romano munito, in eandem significationem *castris* vox recepta est. *Castrum* itaque in Germania nostra simul ac in eam penetravit, & *urbes*, & *Castella*, & *Burga*, & *munitiones* indicavit. Quidquid adeo muris atque fossis cinctum erat, *Castris* nomen gerere poterat. *Urbibus Castris* vocem quadrasse, multis ostendi potest locis. Prodeant ergo primo RHA-BANI MAURI Archiepiscopi Moguntini, scriptoris seculi noni insignis, *Glossae*, in quibus explicantur verba: *Arces Hnol*, *Cives Purcliu*, *Oppida Castella*, *Castrum Urbs*, *Vallum munitio* &c. quae satis docent, Urbes

*Vox Latina  
Castrum in  
Germania  
quemvis lo-  
cum muni-  
tum signifi-  
cavit.*

Ca-

d) in Repert. post Spec. Sa-  
xon. & indice SCHILTERI ad ius  
fend. Alaman.

e) Fol. 32. 525. & 610.

f) de Jurisdictionis & magi-  
stratum Differentia secundum  
mores Germanorum, Thes. 98.  
pag. 65.

D

Castrorum appellatione venisse. Etenim quoniam arces & castella, prius quam urbes in Germania fuerunt nota, ideam quoque Germani urbis ab arcibus & castellis castrisque sumserunt, urbemque concipere mente volentes, castellum vel castrum (*ein festes Schloss*) cogitarunt. Unde factum est, ut urbem Bethlehem, OTTFRIDVS a) *ein Kastelle*, & TATIANVS b) *eine Burg* dixerint. Nihil quoque aliud nisi arcem munitam seu Castrum & Castellum saepissime intelligitur in medii aevi scriptoribus sub urbis voce: quo praesidium *urbis Grone c)*, *urbs Bichin d)*, *urbs Stiedereburg e)*, & quam plurima spectant. E contrario autem frequenter sub voce Castris, apud medii aevi scriptores latent urbes, ut sunt f), *Castrum Ebredunense*, *Castrum Vindonissense*, *Castrum Rauracense*, *Castrum Argentorate*, *Castrum Uceticense*, *Castrum Cavallonense* *Castrum Matisconense*. Ex quibus omnibus clarum est, 1.) in barbara aetate & *Castris* seu *Castellis* vocem *urbis* tributam: 2.) & *ipsas* contra *urbes* audivisse *Castris*.

## XVIII.

- a) L. I. cap. XIII. v. 6.
- b) conf. SCHILTER. Gloss. voce: *Burg*.
- c) ap. WITICH. L. II. p. 636.
- d) DITMARVS p. 327.

- e) WITICH. l. c. p. 645.
- f) in Notitia Galliarum apud CANGIVM Gloss. med. & inf. Lat. voce: *Castrum*.

## §. XVIII.

Paulo aliam explicationem castris tradit FRESNIUS a), Castrum denotavit in quatenus indicat urbem, nempe : *Castris vocari urbes, in Germania quit, quae jus civitatis, id est episcopatus non habeant. Sed urbem & Civitatem quamvis.* nullo nititur haec *Castris* explicatio fundamento. Ut enim nihil dicam de hujus significatus silentio apud scriptores medii aevi; loca adducta a FRESNIO probandae ejus sententiae minime sufficiunt. Ex verbis enim istis, quae ex Vita S. MEDARDI apud SURIUM, adducit: *Noviomus, cum tunc temporis castrum seu munitio haberetur, postmodum ipse ejusdem glorijs Pontificis Medardi ordinatione, pontificalis cathedralae honore sublimatus est;* tantummodo sequitur, *Noviomum castrum* (i. e. urbem) postea honorem pontificalis cathedralae accepisse. Notitia vero Galliarum b), quam tuendae opinionis suae caula FRESNIUS allegat, tantum abest, ut eam tueatur, ut potius refellat. Non enim solum certum est, urbes Rigomagenium & Sollinenium in ista Notitia inter civitates referri, licet iure episcopatus non gauderent; verum etiam inter eas urbes, quae ibidem castra vocantur, fuisse quasdam quibus episcopus praefidebat, veluti *castrum Argentorate*, quod jam ante consecram istam Galliarum nottiam, nempe Anno CCCXLVI.

c).

a) l. c.b) exhibet illam PAGIS ad annum 374.

D 2

c) Episcopi S. Amandi sedes fuit. Et quamvis, ut ipsi quoque *Monachi Benedictini* d) fatentur, negari haut possit; omnes fere civitates olim sedes fuisse episcopales, in Castris autem (i. e. minoribus locis munitis) paucas reperiri, atque inde esse factum, ut quidam *civitates* dixerint *Episcopatus*, *Castrorum* vero *urbes episcopali sede carentes*; non idem tamen, ut ostensum est, ideo unquam fuerunt *Episcopatus & civitas*, neque semper *Episcopatus castrorum* excludit.

### §. XIX.

Castrum vocem in Germania in i-  
casse quem-  
vis locum  
munitum  
urbem mino-  
rem, proba-  
tur; quod ubi sit, Ca-  
strum urbi  
contradi-  
kinguitur,  
Accedamus jam ad significatum vocis Castrum pluri-  
mum & maxime frequentem, in diplomatis adeo-  
que & scriptoribus medii aevi ubique fere obvium, quo  
*Castrum est arx seu locus urbibus minor, munitionibus tamen*  
*firmatus*, quorum maxima pars in Germania cacumina  
montium adornavit; quae loca latinitate barbara etiam  
Fortalitia a), & fortitudines vocabantur; Romanis  
autem (§. VII.) *casirorum*, *burgorum*, & *castellorum* no-  
mine veniebant. Haec castra interdum sollicite distin-  
guuntur ab urbibus & civitatibus, & tunc urbes, castris,  
i. e. castellis, & stylo barbaro *fortalitiis*, quasi opposi-  
tae, quod equidem sciām, aut nunquam, aut saltim

raro

c) de quo vide ad FRESNIVM  
l. c. Monachos ordinis sancti Be-  
nedicti.

d) ad DU FRESNIUM voce Ca-  
strum.  
a) de quibus plura vide apud  
FRESNIUM voce: *Fortia*.

CASTRI GERMANICI QVA VOCEM. 29

raro, castra fuerunt appellatae. Utrumque exemplis probandum iam est. In diplomate anni MCCLXXXVII. b) Cives Frizlarienses HENRICO, Archiepiscopo Moguntino, *castrum novum Frizlariae* erigendi causa ita promittunt -- promittimus & consentimus expresse, nostrum assensum voluntarium & expressum super eo liberaliter apponendo, quod intra muros ejusdem Frizlar - - - Oppidi, seu extra & intra in aliquo loco ubi magis sibi placuerit, novum Castrum erigere, firmare ac edificare.

Civibus vero Archiepiscopus spondet :

quod de ipso Castro Frizlariensi oppidum non offendet in aliquo vel turbet, nec aliquos qui occasione Gwerre bladum c) fuunt & res alias quascumque deposuerint, in opido prelibato, gravabit, seu indebit molestatib &c.

Idem denotat *castrum*, quod ARNOLDVS Archiepiscopus Moguntinus, a Venditore viro Ingenuo Henrico de Muhlburo (Muhlburg) comparavit, verbis :

Notum igitur - - - a quadam - - - cuiusdam castri medietatem Velinhufen nuncupati, cum ministerialibus, praediis - - - in jus proprietatemque Moguntine Ecclesie conquisi-  
mus &c. d).

Ne

b) apud Perillusfr. Dn. de GYDENVS in Cod. Diplom. 392.  
p. 832. seq.

c) i. e. annonam vel frumentum, de qua voce evolve MYRATORIVM Tom. III. pag. 610. col.

D 3

1. & DU FRESNE voce Bladum.

d) Burgum Norimbergense  
Castrum a Rudolpho I. appellatum, & urbi contradistinctum  
fuisse, ex litteris feudalibus ejusdem Imperatoris, Burggratio

No-



Ne autem lectorem fatigem plaustris mediæ aevi frag-  
mentorum; brevissimis nomina *Castrorum* indicabo, quæ  
hujus significatus esse, in monumentis deprehendi. *Ar-*  
*tes* igitur haud dubie, seu *urbibus* minora loca munita,  
sunt Castra illa *Gleichenstein* e), *Raspeberg*, *Hanstein*, *Har-*  
*tenberg* f), *Castrum S. Angelii* g), *Affeborch* h), *Danck-*  
*werderode* i), & multa alia apud *LEIBNITIVM* in *Scri-*  
*pitoribus Brunsuicensibus*: quorum potissima sunt, *Castrum*  
*Ebersberg* k), *Eresburg*, *Gibichenstein* l), *Giffhorn* m),  
duo *castra* *Gleichen* n), *Grona* o), *Hammerstein* p), *Her-*  
*ste* q), *Katlenburg* r), *Liebenwalt* s), *castrum Marmor-*  
*cense* t), *Plesse* u), *Castrum Quedlinburgense* x), *Castrum*  
*Ripalta* y), *Siburg* z), *Castrum Stauffenburg* a), *Wede-*  
*gonis Castrum* b); ut jam alia innumera ejusmodi ca-  
stra

Norimbergensi anno 1273. datis,  
ostendunt *WAGENSEIL* in Com-  
men. de Civitate Norimberg. L.  
II. cap. I. p. 293. & *PEFFING.*  
*VITRIAR. ILLVSTRAT.* Tom. II.  
p. 595.

e) *Perillust. GVDENVS* l. c.  
pag. 820. seq.

f) *IDEM* pag. 892.  
g) *LEIBNITII Script.* Bruns,  
T. III. p. 739.

k) Idem T. II. p. 17. & 19.  
i) — T. III. p. 35.  
k) — T. III. p. 162.

- l) — T. II. p. 375. 343. 522.
- m) — T. II. p. 465.
- n) — Tom. III. p. 329.
- o) — T. I. p. 215.
- p) — T. I. p. 548.
- q) — T. I. p. 757.
- r) — T. III. p. 325. & 331.
- s) — T. III. p. 383.
- t) — T. I. p. 473.
- u) — T. I. p. 766.
- x) — T. II. p. 120.
- y) — T. I. p. 667.
- z) — T. II. p. 275.
- a) — T. I. p. 756.
- b) — T. II. p. 198.

CASTRI GERMANICI QVA VOCEMA. 31

stra passim occurrentia, silentio praetereamus. Hoc tamen unicum addam, quod ex *Chartera LUDOV. BAVARIAE* de A. MCCCXXIII. *castrum*, plurimum *arcem* denotare, constet *c*); ibi enim refertur, *castrum* Aelsted, *das Schloß Alsted* vel Moringen comites Mansfeldenses in feudum accepisse. Maxime vero hoc quoque ex possessoribus Castris, qui *Beschloßte vocabantur*, & reliquis, nempe *Castrisbus*, *Castellanis*, *Schloßgefeßenen Burgleuten*, e. i. g. a. colligi potest; de quibus tamen omnibus curatius agendi infra locus erit.

§. XX.

Quoniam Germanica vox *Burg* & latina *Castrum* o- Transgref-  
mnem locum munitum notavit, (§. X. XI. XII. usque dum Caput.  
ad §. XIX.) loca vero ista munita apud Germanos ex  
eo tempore, quo Romanorum more muniri coepit, aut  
urbes aut minorum munimenta fuerunt, quae *xar' ἤ-*  
*οχὴν castra* fuerunt appellata, unde *castra* dicuntur  
quoque *munitiones* *a*), *Festungen*, filio medii aevi, *Fe-*  
*stiu*; in cacumine montis *b*) *castellum*, in colle *c*), *Ari-*  
*dadon*

*c*) Hanc chartam invenies ap. LUNIG. Corp. Iur. Feud. Tom. I. p. 1077.

*a*) in Vita S. Medardi apud SVRIVM, & apud Petill. GV-

DENVM in Cod. Diplom.

*b*) in Glossis RABANI MAV-  
RI.

*c*) MARTENE T. III. Anecd. p. 564 & T. V. Ind. Onomast.

32 CAPVT II. DE ORIGINE CASTRI GERM.

dadon d'), i. e. Hartzgebuge; consequens est, ut quæstio illa: *Quando castra in Germania orta sunt, & de urbibus & de minoribus locis munitis, nimurum denen Schloßern, capienda sit.*

CAPVT SECUNDVM

DE

ORIGINE CASTRI GERMANICI QVAREM, ET SIGILLATIM DE FISCO GERMANICO.

§. XXI.

Origo Castrorum  
in Germania duplex  
est, nempe  
historica &  
moralis.

De ortu ergo castrorum in Germania agentes, præmonendum ducimus, I.) objectum nostræ orationis fore, & urbes & Castella: II.) nos hic loci tantummodo agere de spatio temporis, quo esse cooperunt in Germania castra; non vero de origine castrorum moralis, hoc est de causa utraque castrorum, nempe, ut philosophi loqui amant, *impulsiva & finali*, quam infra, ubi definetur *castrum*, paulo curatius persecuti sumus.

§. XXII.

A quo tempori  
spatio numeranda  
fit origo castrorum  
historica.

Si memoriae proditum esset, quo temporis momento primum *castrum* in Germania extructum fuerit, de ortu castrorum breves esse possemus. Verum, hoc cum

d) in Praecepto LVDOV. RH de term. Hildef. Dioeces.

cum non sit factum, nemo certe erit qui *castrorum* originem in patria certam atque fixam quasi monstrare possit. In hac itaque incertitudine, & cum credibile sit, urbes & arees munitas sensim sensimque in Germania natas esse; originem castrorum satis clare indicasse ipsi nobis videbimus, si eam retulerimus ad ea usque tempora, quo scriptores nostri *Castrorum* seu *Urbium* & *Arcium munitarum* mentionem primi fecerunt; ex silencio enim illorum de urbibus & castellis, tanquam re in Germania ante insolita atque plane inaudita adeoque nova, castra etiam tunc temporis nondum in Germania existisse, firmissima conclusio fluit.

## §. XXIII.

Quamquam vero extra omne dubium sit positum, Germani ante seculum O. R. quintum jam Germanos habuisse ante faccūtūm a N. C. congregationes aedificiorum, suo more munitas (*§. X.*); quintum ur- bes non ha- buerunt. Re- felluntur se- cus putanter. urbes tamen ante hanc aetatem in Germania magna fuisse, ne ulla quidem veritatis specie adseri unquam poterit; scriptores enim, urbes & burgos Germanorum ante hoc tempus memorantes, de locis, silva aggere palude circumdati loquuntur (*§. X.*), adeoque de urbibus nostris hodiernis *a)* intelligi non possunt. A seculo

*a)* vid. CONRINGIUS de urbibus Germanicis, pag. m. 487. sq.

## 34 CAPVT II. DE ORIGINE CASTRI GERM.

seculo quinto ad nonum usque urbes surgere coeperunt, sed paucissimae. Intra tanti enim temporis spatium, in magno illo terrarum tractu, cuius limites *Danubius*, *Rhenus*, *Bohemica* & *Thuringica* silvae fuerunt, praeter unicum *WVRTZBVNGVM b)*, a *Germanis*, qui solum germanicum non dereliquerant, ne unica quidem urbs extructa fuit. In *Thuringia* quoque seculo sexto fuisse urbem, nempe *SCHIDINGAM* ad *Unstrutum* sitam, quam *Saxones* occupaverint, relatum c) legitur. Nec in *Fria-*  
*lia* quoque isto tempore, quam *TRAIECTVM AD*  
*RHENVM d)*, plures urbes fuisse constat. Ad urbes *Saxoniae e)* quod spectat, aetate *CAROLI MAGNI* nullam omnino urbem inventam esse, tam certum est quam quod certissimum. Cum enim, ut verba *CON-*  
*RINGII* sequamur f), ab *Aimonio* inque *annalibus Tran-*  
*ecis* aut *Fuldensis* diligentissime narretur, quid quo-  
quo anno in bello *Saxonico* gestum, quibusve modis li-  
bertatem defenderint suam *Saxones*; urbis tamen nul-  
lius vel levis fit mentio. At vero *obsidere* & *occupare*

uti-

b) vide *MVLLERVM* in *Chron. Wurtzburg.* p. 39. & *CONRING.* l. c. p. 488.

c) a *GREGORIO TVRONENSI* Hist. Franc. l. 3. c. 4. & 7. & *WITIKINDO Corbeiensi* Hist. Saxon. l. I. ad quos vide *CONRING.* l. c.

d) quod monstrat Idem l. c. §. 26.

e) nempe *Westphaliae, Angariae* omnisque illius tractus inter *Vifurcum Albinum Meliobocum mon-*  
*tem & Salam*, nec non trans *Albinum ad Eideram* usque flu men.

f) l. c. §. 27. & 28.

utique debuisset Carolus, si quae tum extitissent. Quid? quod soli *Welfphali* legantur, duobus fere castellis tum defendisse, EREBVRGO & SIGEBVRGO. Sane ne arx quidem ulla a CAROLO MAGNO inter *Vifurgim Salam* & *Albim* aut trans *Albim* occupata memoratur: Quo colligere est, nullam tunc exsiftisse. *Enim vero & urbis nonnullis & castellis Saxonis* longe altior origo a quibusdam adscribitur. Sed procul dubio habenda potius fides iis, qui illis, quae narrant, vel interfuerunt, vel non procul absuere; adeoque ad quos incorruptior fama potuit pervenire. Is vero est auctor annalium, quos laudavimus, & porro antiquas vitas Carolinae scriptor. Itaque nec BARDEVICVM g), verosimile est, moenibus tunc fuisse cinctum. Meminit enim ejus auctor annalium anno 595, sed minime urbis munitae. Poeta anonymus diserte nobilem *Vicum* indigitat. Siquidem constat ex iisdem annalibus, tunc primo HAMBVRGI jacta fundamenta *Castello* contra *Slavos* extructo nomine *Hudecke* aut *Hubocke*. Testantur enim A. 870. ab exercitu Francico ad *Albim* constructum *Castellum*: item

A.

g) *Hujus & Magdeburgi & aliarum civitatum L. 3. c. 6.* Capitularium mentio iniicitur, sed moenibus haud dubie non fuerunt cinctae. De Bardevvico vide MEIBOM. T. 3. Script. Rer.

Gerin. SAGITTARIUM in diss. de Urbe Bardevvico, & SCHLOEPKENIVM in Chronica Bardovvicensi, allegatos a B. GOEBELIO ad CONRINGII opera Tom. I. p. 488. voce Bardevvicum.  
E 2

## 36 CAPVT II. DE ORIGINE CASTRI GERM.

A. 808. *Castella* duo ad *Albim* a *Carolo* condita adversus *Slavos*. A. autem 810, diserte inquunt: *Castellum nomine HOCHBVCHI, ALBI flumini contiguum, in quo ODO legatus Imperatoris & ORIENTALIVM SAXONVM erat praefidium, a WILSIS captum. HOCHBUCHI esse HAMBURGUM*, praeter alios docet nos *ALBERTUS STADENSIS* ad annum 811. *Castelli* tantum quoque nomine venit *HAMBVRGVM* auctori annalium A. 845. Aliud vero dicendum est de iis provinciis, quas exterae gentes a Germanicis inhabitatoribus relietas invaserunt. Illas nimirum terras, quae inter *Salam* & *Vistulam*, mare *Suevicum* vel *Balticum*, usque in *HOLSTENIOS SAXONES* erant, a *VENEDIS* occupatas, *urbibus castellis* & *emporii* jam aetate *CAROLI M.* haud parum floruisse, *annalium Francorum* b) fides dubitare vetat; in quibus maxime celebrantur *D R A G A V I T I* trans *Albim*, urbs *KERICH* ad mare *Balticum* insignis *emporium*, *SMELDINGORVM* quaedam urbs maxima capta ab *OBOTRITIS*; *WINETHA* in *USEDOMI* (insula *urbs*); nec non huc, uti credibile est, celebre illud *emporium IVLINVM* k) pertinet, quod ad Annum usque 1178. fuit. Longe autem priores cis *Danubium* natae sunt urbes, inter quas *AVGVSTA COLONIA* caput fuit

b) Conf. *CONRINGIVS* l. c. I. & *CONRINGIUS* l. c. p. 489.

§. 29.

i) Conf. *CHYTRAEV*S Sax. L. k) videat. B. *GOEBELIVS* ad

fuit: quae omnia, cum non ignorare debeant, qui prima historiae rudimenta percepérunt; tandem paucissimis originem urbium *Cis-Rhenanarum* lustrabimus. Nempe cum FLORVS <sup>1)</sup> narret: *Victor namque DRVSUS equos, pecora, torques eorum ipsosque, praeda divisi & vendidit. Praeterea in tutelam provinciarum, praesidia atque custodias ubique disparsuit; per Mosam flumen, per Albim, per Virginc.* Nam per Rheni quidem ripam, *quintuaginta amplius Castella direxit; istum quoque magnum terrarum tractum longe ante seculum quintum, a Romanis populis, urbibus cultum fuisse, quoniam ante CHRISTVM natum ibidem tot Castella extiterunt, non est quod moneamus. Quid enim AUGUSTAE ILLAE TREVIRORUM, MOGUNTIACA, COLONIA - AGRIPPINA <sup>m)</sup>, quid & ARGENTORATVM, NEMETVM civitas, VANGIONVM, TVNGRORVM, aliaque loca <sup>n)</sup>), quorum in libris veterum scriptorum fit mentio, aliud, quam urbes fama celebres fuerunt? Possem si vellem in historia urbium Germanicarum ulterius progredi, earum-*

que

CONRINGIVM p. 489. n. a).

1) Rer. Rom. Lib. IV. lin. 79.  
ad 90.<sup>m)</sup> TACITUS Histor. L. I. c. 56. L. III. c. 42. sq. c. 48. c. 52.

L. IV. c. 20. AMMIAN. L. 15. &amp; 16.

ZOSIM. Lib. I.

<sup>n)</sup> Libellus provinc. civit.Gall. conf. quoque CONRINGIVS  
l. c. p. 489.

que ad nostra usque tempora perscrutari fata; at autem cum non urbium historiam scribenti mihi, sed de Castris agenti incumbat tantum, ut memorem illius, de quo sermo est, primordia, aliique etiam viri in historia patria summi, inter quos CONRINGIVS principatum facile tenet, historiae hanc partem commentariis suis illustrarint; sufficiat dixisse, *initium urbium in Germania, a populis Germanis conditarum, a saeculo post C. N. quinto ad saeculum usque nonum petendum esse.*

## §. XXIV.

*Arces, Ca-*  
*stella,*  
*Schlößer*  
*prius in Ger-*  
*mania fue-*  
*runt, quam*  
*urbes: quod*  
*probatur,*  
*& a contra-*  
*ria sententia*  
*vindiciatur.*

Cum species *Castrorum* & quidem plurima sint *arcæ* munitae, seu, ut more Romanorum dicam, *castella*, *Schlöffer*, *Festen*; & de horum quoque in Germania origine nunc pauca faciam verba. Quemadmodum enim constat (§. anteced.), ab exteris gentibus trans *Salam* & *Vistulan* cisque *Rhenum* atque *Danubium*, urbes fuisse stractas ante saeculum quintum; ita multo minus de frequentia *Castellorum*, derer *Schlöffer und Bürgen*, quam viderit istud aevum, in illis regionibus, dubitari debet, quo certiora a) de iis extant scriptorum testimonia. Sola *Germania magna*, tractus ille terrarum inter *Danubium*, *Rhenum*, *Silvas Bohemicas* & *Thuringicas*, usque

a) e. g. *FLORI Rer. Rom. L. IV. lin. 79. ad 90.* legi etiam hic omnino merentur quae habet *BURGEMEISTER* in opere de statu equestris Caef. & Imp. Romanogermanici, III. Satz. c. I. p. 14. sq.

que in *Saxoniam & Westphaliā*, diutius caruit *caſtellis*.  
 (§. anteced.) Credibile tamen eſt *arces munitas* ſeu *caſtella*, *urbibus* in *Germania* hac *Trans-Rhenana* fuifſe priora;  
 quippe quae citius & minori opera atque *urbes* poterant  
 extrui, *hostibusque* invadentibus repellendis, *urbibus*  
 aptiora fuerunt. Non enim ſolum liquet ex *annalibus*  
*Francicis & Fuldenſibus*, (§. anteced.) **CAROLI MAGNI**  
 temporibus in *Westphalia* extitifſe duas *arces munitas*,  
 nempe **ERESBURGVM & SIGEBVRGV M**, de quo Poeta  
*Saxo* (b) canit,

*CASTELLVM naturali munimine forte*  
*Valde, manu quoque firmatum, quod barbara lingua*  
*Nominat ERESBURG, valido cum robore cepit.*

& non multo poſt,

*Saxonum CAROLVS fines hoſtiliter intrat,*  
*Ac primo SIGEBVRG CASTELLVM cepit, & inde*  
*ERESBURG petiit, quam captam diximus urbem.c)*  
 sed

b) in iſlis Annal. **CAROLI M.**  
**L. I.**

c) Mirari non debemus, Poetam vocare Eresburgum nunc *urbem*, quod ante dixit *Castellum*. Licebat enim, si cum Grammaticis loquimur, inter *arcem, urbem, oppidum, locum & civitatem*, magna sit differentia; tamen quoniam & *urbs* & *civitas* & *locus*, germanica lingua *Stadt* exprimi-

tur, &, ut ſupra monui, *Germani* a *Caſtellis* notionem *urbū ſibi* formarunt, ſcriptores quoque medii aevi vocibus *urbi, civitatis, locuti, caſtrum, caſtellum, arx, burgus*, promifeue de locis munitis ufi lunt, quod exemplis fatis aptis monſtrat **PFEFFINGERVS** in *Vitriario illuſtr.* T. II. c. 18. p. 809. seq.<sup>\*</sup>

sed etiam ipsum CAROLVM M. novum in *Saxonia*  
fieri *Castellum* iussisse, dirutumque ERESBVRGV M de  
novo erexisse; pergitenim Poeta Saxon.

ERESBVRG iterum firmat munimine fortis,  
Et juxta fluvium, quem LIPPIA diximus ante,  
CASTELLVM condens aliud complevit utrumque  
Militibus lectis. Tum GALLICA rursus ad arva  
Regrediens, biemis tempu transfigit in aula,  
Nomen Heristalli dederat cui barbara lingua.

A CAROLI M. in *Saxoniam* invasione crevit indies Ca-  
stellorum numerus, adeo ut ejus minuendi, & majoris  
impediendi causa, CAROLVS CALVVS A. 865. d) Ca-  
stella absque venia a se impetrata, aedificata, solo ac-  
quare praeceperit, his verbis:

Mandamus, ut quecumque ipsis temporibus CASTELLA & FIR-  
MITATES, & hajas sine nostro verbo fecerunt, Kalendis  
Augusti omnes tales FIRMITATES disfaictas habeant, quia vi-  
cini circummanentes exinde multas depraeationes & impe-  
dimenta sustinent.

*Castella* igitur & tempore & numero urbibus majora, in  
*Germania*, praecipue *Saxonia* fuisse, jam satis probatum  
dedimus. Nomina vero *Castrorum* seu *Castellorum*, tem-  
pore *Carolingorum* in *Saxonia* atque *Thuringia*, quae pro-  
dita sunt memoriae, florentium praecipua sunt, *Hochsf-*  
*burg*

d) per Edictum Piscense apud SALVIZIVM S. II. p. 195.

burg e), Horheim f), Schaninge g), Castrum Rimi b), Brunnberg i), Castellum ad Lippiam k), Baderborna, Bueholt Medusalli locus, ut & Ferdi Thietmelle locus Huculbi, Castrum Deckdroburg, Efselsfelth, Castellum Hobbuoki, Castellum Debende &c. quorum omnium non modo longus recensus, sed & probationes ubique idoneae & ex ipsis scriptoribus coaevis exhibentur apud PFEFFINGERVM IN VITRIARIO Illustrato 1).

## §. XXV.

*Inspecta origine castrorum historica*, ut nunc quoque in *Origo Castrorum in Germania* originem eorum paulo penitus penetreremus *moralem*, necesse est. *Securitatem*, Castrorum omnium nempe locorum munitorum, caulam fuisse generalem, illi tantum in dubium vocabunt, qui statum *Germaniae nostrae*, eo quo tempore fiebant *Castrorum*, penitus ignorant. Quamdiu *Germania* enim nullam peregrinam vidi gentem, libertati & saluti suae infensam, tamdiu quoque de *castris* extruendis non cogitavit: loquor autem de locis muro cinctis; securitatis enim causa vetustissimos majores nostros.

e) REVERBI Annal. ad annum 743. p. 15.

f) Idem ad annum 747. p. 16.

g) Idem eodem.

h) Idem eodem.

i) Idem ad annum 775. p. 21.

k) POETA SAXO l. c.

l) Tom. II. Lib. I. Tit. 18.

§. 4. not. a) p. 808. seq.

stros habitacula sua aggeribus aliisque munimentis circumdedisse (§. X) constat. Videmus ergo rationem, hoc ipso, paucitatis ante CAROLI M. irruptionem *Castrorum* in Saxonia extructorum, & cur Westphalis tunc temporis duo tantum *castra* fuerint (§. XXIII.), quibus adversus hostes usi sunt. Quum vero securitatis non modo sit, hosti adgressionem minanti *castra* tanquam impedimenta opponere, sed etiam ut hostis, gentis factus vicit, regiones victoria sua partes tueatur, ne ab ipsis gentibus victis ipsis eripiantur iterum, atque pristinae libertati restituantur; consequens est, ut *Castris* idoneis provinciae noviter manu hostili adquisitae securitatis causa instruantur. Causam igitur tantae multitudinis *Castrorum* a Venedis inter Salam & Vistulam, mare Suevicum & Balticum; a Romanis cis Danubium Rhenumque, aedificatorum (§. XXIII.), & crescentis sub Carolingicis Regibus in Germania & praecipue in Saxonie, in dies numeri *castrorum*, securitatem fuisse, jam non minus liquet. Si unquam securitate opus fuit, eo tempore, quo HENRICVS AVCEPS imperatoriam maiestatem adeptus est, certe opus fuit; vexabatur enim Patria nostra & intestinis & extraneis hostibus. Pacis turbatores erant BVRCHARDVS SVEVIAE & ARNOLPHVS BAVARIAE DUCES <sup>a)</sup>, GALLI <sup>b)</sup>, HVNGARI <sup>c)</sup>, SLAVI,

HA-

<sup>a)</sup> WITTICHINDVS Annal. 921. p. II<sup>2</sup>.  
lib. I. p. 637.

<sup>b)</sup> FRODOARDVS ad annum

<sup>c)</sup> WITTICHINDVS L. I. p. 638.

HAVELANI VENEDI d), DALEMINZII, BOHEMI & DANI e), & tandem ipsi *Latrones* qui *Germaniam* minus securam reddebat; verum partim amissam iam securitatem, partim interitui proximam, *Magnus* hic *Imperator*, domitis *Bavariae* & *Sueviae* *Ducibus* & ad obsequium redactis, pace cum CAROLO SIMPLICI Rege *Galliarum*, induciis autem cum *Hungaros* initis, collecto & instituto milite perpetuo, ejusque in armis gerendis exercitio crebro, & variis privilegiis, victoriis ab *Hungaros* Populisque *Slavicis* reportatis, gratia vitae latronibus donata, *auctiōne numeri Castrorum* hoc est *urbium* & *arcium munitarum* f), feliciter restituit g). Sequentibus temporibus, quo magis *Germania* intestinis dissidiis, bellis civilibus, latrociniis, dissipationibus ipsis bellis privatis, promiscuaque in praedia aliena invasione turbabatur, eo magis quoque *Castrilla* illa minora, nempe *caſtella*, crescebant, ut adeo vera dixerit N. SCHATENIVS h): *CASTRA haec more anti-*

d) SIGEB. GEMBLAC. ad an. 925.

GVNDLINGIVS in *Henrico Auctu-*  
pe §. 20. Celeb. KOELERV in der

e) FONTANVS hist. *Daniae*.

Teutschen Reichs-Historie pag.

f) WITTICHIND. L. I. p. 637.  
638. 639. L. II. p. 693. L. I. p.

641. nec non BALVZ. Capit. P. II.  
p. 209.

60. seq. WALDSCHMID de feudo

g) Conferri hic merentur s.

caſtrenſi §. 3. p. 7.

h) in Annal. Paderborn. P. II.

p. 263. seq.

*antiquorum SAXONVM, in editis abruptisque montibus prae-*  
*muniri coepit, maxime ex quo tumultuaria illa & civilia bella,*  
*per dissidia regni aut Caesarum debilitatem invaluerunt; licet*  
*multa eorum contra ius & fas, ab ipsis latronibus &*  
*praedonibus receptaculi loco, adeoque contra finem*  
*legitimum Castrorum, nempe justam securitatem, quin*  
*potius ad securitatis turbationem, extructa, sub inter-*  
*regno magno & deinceps, imprimis a civitatibus im-*  
*perialibus destructa & devasta fuerint i), quorum ru-*  
*dera hodienum paissim superflitia, nomine plerumque*  
*der alter Raub-Schläffer veniunt, quamuis omnium eius-*  
*modi rudera k) esse Castrorum praedonum reliquias nemo*  
*facile affirmari.*

## §. XXVI.

Origo Ca- Fiunt munitiones securitatis causa: qua securitate,  
 strorum mo- uti quilibet facile viderit, non modo personae, verum  
 ralis germani- etiam res indigent. Ergo castra quoque & Personarum  
 acum, fine notio- & Rerum causa in Germania orta sunt. Vera esse haec  
 fici germani- omnia, si etiam non probatum dedissimus in §. XXV.  
 nosci penitus, fana ratio & quotidiana experientia doceret; ut inde  
 non potest, hic subsistendum esse nobis in origine Castrorum demonstran-  
 da, tanquam in veritate luce meridiana clariori, quis-  
 piam

i) de quibus vid. WALDSCHMID de feud. Castrorum. §. 3. p. 9.

k) Locus in quo olim Castrum

fuit, Burgfall appellatur. vid. BE-  
 SOLD. VOCE Burgfall.

piam putare possit. Evidem non abnuerem, si modo nuda scientia, *securitatem castris dedisse in Germania originem*, ad ipsam *Castris* distinctam notionem adquirendam sufficeret. Verum enim vero, cum cognitio hujus originis *Castrorum in Germania*, quoad maximam partem ex idea **FISCI GERMANICI**, cuius peculiaris erat plane natura & indoles, haurienda sit unice; **FISCI** hujus doctrina nisi ante discussa ac penitus cognita, notio originis *castrorum in Germania* semper nobis obscura manebit. Quomodo itaque ex **FISCO GERMANICO** maxima *castrorum* pars nata sit, est quod docendum jam nobis sumsumus.

## §. XXVII.

**FISCVS** proprie a *Fiscis*, i. e. *sportulis* nuncupatus Quid fiscus fit proprie: est. **SPORTAE** enim, **SPORTVLAE**, **SPORTELLAE**, e- quid in Ger- rant munerum receptacula: **FISCI**, **FISCINAE**, **FI-** mania ille scellae, sparteae erant utensilia, ad majoris summae fuerit, quo- pecunias capiendas, prout uberior ostendit **RENATVS** **CHOPPINVS** a), in primario *Galliarum* senatu advoca- tatus. Inde est quod *Fiscus* dicatur quoque *Saccus vel Bur-* fa Regis, ubi publicus census reponitur b). Quamvis vero

F1-

a) in Libris de Domanio Franciae Lib. I. §. 3. qui faciunt primam partem Juris domianalis, quod A. 1701. Francof. ad Moen. prodiit in fol.

b) vid. IOH. DE IANUA & Glossarium Lat. Gall. SANGERM. & ALFRICI apud CANGIVM vo- ce *Fiscus*.

F 3

FISCVS denotaret olim in Germania receptaculum omnis juris regii, seu locum ex quo administrabatur omne id quod regi vel principi proprium erat, & in quo redditus regis vel principis vel comitis vel dynastae recipiebantur & colligebantur, uti mox satis ostendetur; tamen vox illa, FISCVS

c) REGIVS, in medio aevo complectebatur quoque Omne dominium regale d), Omnes possessiones ad regem spectantes e), Res juris regii & proprietates regis f), Jus regni g), Res Juris Regalis h), Jus regium i), Publicum jus k). Hic Fiscus, hoc est omne dominium, erat divisum in certos quosdam terrarum tractus, qui ditiones Fisci vocabantur l). Hac ditiones appellabantur quoque distractus, a verbo in medio aevo usitissimo distractere, id est, cum severitate punire, coercere, animadvertere, compellere.

c) Charta Ludov. II. A. 858.  
apud SCHANNAT. Hist. Wormat. Cod. Probat. p. 6.

d) Capitol SALUZII Tom. I. p. 781.

e) Annal. Fuldenf. ad Annum 852.

f) Charta Henric. IV. A. 1062.  
apud MEICHELBECK. Hist. Fris. Tom. I. p. 258.

g) Charta Ottonis A. 966.  
apud LEVEERVM de lapula SAXONICA n. 1606.

h) Charta Ottonis A. 993.  
vid. ap. SCHANNAT. l. c. p. 12.

i) Charta Hug. Regis A. 973.  
vid. UGHELLVM in Italia sacra Tom. 2. p. 193.

k) Charta BEROLI A. 800.  
apud MARTENE T. I. Coll. p. 49.  
ubi, Res in Ducatu Alemanniae  
Fisci ditionibus redditus, vid.  
SCHANNAT. Corp. Trad. Fuldenf.  
p. 28. & 51. FREDEGARIUS ad  
annum 760. ubi, Villas publicas  
quae ditionis WAIFARII erant.  
Conf. quoque Praeceptum CARO-  
LI M. apud MABILLONIVM de Re  
Diplom. L. VI. n. 56. p. 502.

pellere ad aliquid faciendum, per mulctam, poenam, vel pignus captum m), quoniam dominus Fisci in ejusmodi ditione, cognoscendi, sententiam ferendi, puniendi, coercendi, & quavis ratione compellendi potestate gaudebat.

## §. XXVIII.

Hi districtus, haec Fisci ditiones subiectae erant locis, Ditiones qui & ipsi vocabantur quoque Fisci publici a), nec non uo, nempe curti, villae, & Palatia, & Villae publicae b). Capita igitur ditionum vel districtuum Fisci erant ista palatia, in quibus Domini, Reges, Principes, Comites, Dynastae, iter facientes aliquandiu morari ac hiemare solebant c): in haec palatia divertebant quoque Missi Dominici ac Regii d).

His

m) SENATOR L. 2. Ep. 14. AVRELIANVS in Regula c. 28. RVRICIVS Lemovicensis Episcopus L. I Ep. 2. Capitular. PIPPINI Regis A. 793. Praeceptum CAROLI CALVI A. 871. Charta HENRICI Regis Angl. apud BRUSSELIVM de Uſu Feud. T. II. p. 4. COWELLVS Inſtit. L. 2. tit. 3. §. 17. Plura dabit du FRESNE in Gloſſ. voce: Difſtingere.

a) Ficus publicus, Charta Ludovici Pii apud GVILLIM. de rebus Helvet. p. 346. Ficus noſter imperialis Turego Zurich, Notitia vetus apud MEICHELBECK in hiſt.

Friſ. T. 2. part. inſtrum. pag. 93. Dum reſidēſſent ad Ottingas Fico Dominicuſ, Diplom. Carolinum apud SCHATENIVM Hiſt. Wifphal. Lib. VII. p. 400. Aduum Patresbrunna Fico noſtro, Charta Ludov. P. A. 817. apud MARTE-NE T. I. Coll. p. 67.

b) Annal. Franc. BERTINI an. 858.

c) Vita Ludovici Pii an. 796. apud DU FRESNE voce Palatia.

d) Synod. Ticinensis an. 855. Edict. Piftense Carol. Calvi c. 37. Concil. Ravennense de anno 904.

His *Palatiis* & *Curtibus* praefecti erant homines, qui ex iisdem *ditiones Fisci* gubernabant, & vocabantur *Regiae exactio personae e*), *Judices publici Fisci f*), *Publici Fisci exactores g*). Quo spectabant *superioris & inferioris ordinis procuratores h*), *superiores exactio regiae vel dominicae personae*, quorum primum interdum locum ipsi *Comites tenebant i*), quibus reliqui & minoris ordinis *exactores* suberant, & qui tributa curabant Regisque aerario inferebant k), debito *Fisco*, i. e. *Palatio & Cari servitium inferebant l*), & quicquid in *villis & ditionibus Fisci*, in domini potestate erat, ad *Fiscum i. e. curtem recipiebant m*). Quo verba ista apud *LITPRANDVM n*): *Perdat omnem substantiam & deveniat ipsa substantia in potestatem palatii;* & non multo post o): *Curtis regia succedit ei, & omnes res eius deveniant ad palatum p*). Haec *palatia* erant fontes *frutionis totius rei publicae & ditionum*

in

e) *Charta Coenobii Mollenbeccensis a. 1013.* ap. MARTENE T. I. Colle<sup>ct</sup>. p. 364.

f) Praecept. *Caroli M.* de an. 782. apud EUND. p. 42.

g) *Charta Ostionis* an. 982. vid. Corp. Trad. Fulde. apud SCHANNAT. p. 592. p. 243.

b) *Charta Ludov. P.* ap. MART. T. II. *Annal. Benedict.* Append. n. 51.

i) *Diploma Theod.* Regis Franc. apud LAZIVM de Migr.

Gent. L. 8.

k) GREGORIVS TURONENSIS Lib. X. c. 22. L. VII. c. 23.

l) IDEM L. X. c. 27.

m) Capitul. *Caroli Calvi an. 870.* BALVZ. T. I. c. 4. p. 230. SCHANNAT. in Corp. Trad. Fulde. n. 548.

n) R. LL. lib. 5. p. 1046.

o) nempe pag. 1049.

p) plura quare in DU FRESNE voce: *FISCUS*.

q) in iis thesauri regii custodiebantur r), & ab iis totus  
fiscus, i. e. omne dominium Regale, Jus Regium, Jus Domi-  
nicum pendebat & regebatur.

## §. XXIX.

Consistebat vero fiscus seu „omne Jus Regium & Fisci perti-  
„Dominicum a) in Bannis, Teloneis, Fredo, Vefti-  
„galibus, Justiciis legalibus, vadiis, omni utensilita-  
„te, mercatu, flipe Regia, comitatu, moneta, mo-  
„dio regis, mancipiis uriusque sexus, arcis, aedificiis,  
„terrnis cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis,  
„aquis, fylvis, aquarum decurſibns, navium stationi-  
„bus, in inferendis, rotatico, ripatico, portatico, ex-  
„clusatico, nautatico, foliatico, herbarico, in pro-  
„ventibus ex coemtione animalium, ex omni gene-

TC

q) Charta *Otton. III. A. 999.* Hist. Frif. T. I. p. 258. Charta  
ap. *MIRAEVM* oper. Diplom. p. 263.

r) Annal. Saxo ad an. 971.

a) Haec omnia collecta sunt  
ex ipsis Diplomatibus, nempe  
Charta *Ottonis* ap. SCHANNAT d.  
Cod. Probat. Histor. Worm. p.  
20. Charta *Ottonis II. Anni 973.*  
apud EVND. p. 23. Charta *Ludov.*  
Regis ibid. p. 7. Charta *Annul-*  
*fi* An. 898. ibid. p. 15. Charta  
*Hent. IV.* ap. MEICHELBECKIUM

Charta  
*Landfridi* apud MABILLON de R.D.  
Lib. VI. p. 517. Charta *Caroli*  
*Calvi* ap. EVND. Annal. Bened.  
T. II. Append. p. 746. Charta  
*Otton. II. A. 983.* ap. MARTENE  
T. I. Collect. p. 532. Charta  
Eiusd. anno 983. ap. EUND. ibid.  
Capitularibus ap. *BALUZ.* Tom.  
I. p. 334-335. 336. & Diplomate  
*Otton. III.* anni 999. apud MI-  
RAEVUM p. 263.

G

50 CAPVT II. DE ORIGINE CASTRI GERM.

„ re vestium, metallorum, ex reditu navium , ex omni  
„ commercio veſtigalium , ex iure forali , ex diſtriictu  
„ iudiciali, in Regali Censu, cultura dominica, deci-  
„ mis dominicis, & omni illo, quicquid ad opus re-  
„ gium in ipſa civitate Fīſcus dominicus in ſervitoribus  
„ debito ſervitio mancipatis, ſeu reliquis ſingulis qui-  
„ tuto utriusque ſexus mancipiis cum proprietate o-  
„ mniue adquifitione ſua magna aut parva, iufto iu-  
„ re poſſidere dignoſcitur. „

§. XXX.

Potiffimae Praecipua & nobiliffima pars fīſci ſeu iuriſ Regii &  
Fīſci pēti- dominici erat ſine dubio bannus five bannum: cuius notio  
nentiae ex- apud medii aevi ſcriptores triplex deprehenditur, qua-  
plicantur. rum prima edictum publicum, ſecunda mulcta iudicaria,  
tertia ipſa jurisdictio eft. Ad probandam notionem pri-  
mam faciunt, quea habet DUDO a): In terra ſuae di-  
tionis bannum, id eft interdictum miſit, quod eft prohibi-  
tio, ut nullus &c. & DITMARVS b): Interdicta eft omni-  
bus per bannum regalem a PALATINO COMITE fuga; &  
SCRIPTOR vita S. Gothardi c): Femina autem bannoſ vel  
proſcriptiones negligens, ius ibi funditus perdidit d). Ban-  
num

a) de Actis Norman. L. II. DUFRESNE I. c.

toni, DU FRESNE voce: Bannum.

b) Lib. VI. citatus a DUFRES-

NE I. c.

c) apud SVRIVM cap. 22. vid.

d) Plura ejusmodi loca repe-  
ties, multa opera congeſta in

laudati DU FRESNE Glosſario, hac

voce

QVA REM, ET SIGILL. DE FISCO GERM. 5

num quoque *multam* complecti, mille Chartis vetustis extra dubium ponи potest. Nobis pauca loca, sed exceptione maiora, loco omnium sunt. CONRADUS URSPERGENSIS e) de Friderico I. scribit: *Et ne quis contra illud attinet venire, Bannum, id est, poenam pecuniariam constituit* - - - *Judices quoque praefecit singulis civitatibus Lombardiae, qui ex parte Imperatoris banna supra dicta reciperent. Qui locus lucem simul affundit Chariae FRIDERICI ipsius f)*, in qua habentur:

Quod qui facere attempaverit, banno nostro subiaceat, & pro poena satisfactionis quinquaginta libras persolvat;

& Capitulari *Caroli M.* g):

Ut bannus (*multa*) quem per semetipsum Dominus Imperator bannivit (*imposuit*) sexaginta solidos, solvatur - - In triplo, cui aliquid abstulit, legibus componat, & insuper bannum nostrum, id est 60 solidos nobis persolvat.

Plura huius generis scire cupientes ablegamus ad CANGIVM saepius laudatum, ubi messem uberrimam deprehendent. *Bannum* quoque tertio loco esse iurisdictionem

&

voce: ubi notandum est, *huc quoque speclare phrases, Bannum mittere, Bannum ponere super caput alterius, in bannum mittere, Bannum exemptionis, ad placitum bannire, Bannire homines per plau-* cito, *bannire homines ad molendinum &c.*

e) in Frid. I. vita.

f) de anno 1175. Ecclesiae S.

Eugendi datae.

g) Cap. 57. c. 1.

G 2

52 CAPVT II. DE ORIGINE CASTRI GERM.

& ius*litiam*, praeter GOBELINVM *b*), de Meinwerco Paderbornensi Episcopo dicentem: *Panem album in quotidiana distributione Canonicis consuetum dandum de Banno ecclesiarum, hoc est de jurisdictione, primus ibidem ordinavit &c. docent nos CHARTA apud MEURISSIMUM *i*):*

CURTEM quae dicitur PRIS, cum banno & familia & omnibus redditibus eis concedo;

& Historia Monasterii Novientensis *k*), ubi:

In Oleswilre CVRTIS dominica cum omnibus consequentiis suis, agris videlicet ac vineis cum decima ipsius allodii, communionem vero BANNI GENERALIS usque Eggenbach & Ylam fluvium, usum vero lignorum & pascuum porcorum in Westerholz habere debet.

Cum itaque Banni five Banna cuiuslibet Fisci ditionis, suae curti, suo palatio essent adnexa (§. XXIX.) *l*), & ius editio proponendi, multam imponendi, jurisdictionemque completerentur; curti omnigenam jurisdictionem competuisse *m*), inde simul fluit.

§. XXXI.

*b*) VI. c. 52. apud DU FRESNE  
h. v.

*i*) Willelmi Comitis Lucemburgensis de anno 1083.

*k*) apud MARTENE Anecd. Tom. III. col. 1131.

*l*) Charta Ottonis apud SCHANNAT Cod. Probat. Hist. Wormat. p. 20.

*m*) Notandus est hic, ille locus in Charta Adalberonis Episcopi Metrensis apud MEURISSIMUM p. 308. Bannum vero eidem loco, tali tradimus conditione, ut si quis super eandem terram fur vel sanguinis effusor deprehensus fuerit, per officiales loci discutiatur.

## §. XXXI.

Porro ad Fiscum etiam spectabant *Telonea*, hoc est, tributa, quae a *Telonariis* ex *Curte dominica* de omnis generis mercibus exigebantur, Fiscoque, id est a) *curti* (§. XXVIII.) inferebantur. *Fredum* convenit cum *banno* pro *mulcta* sumto in genere, differt vero ab eodem, quod *Fredum* sit *mulcta pro pace redimenda b)*: de quo *Fredo*, quantum nostrum laborem tangit, elegans locus exhibetur a *BALVZIO c)*:

Quindecim debitales porcos in eadem curte, *Freda regalia*, quae Johannes habebat annuatim de manu Regis Francorum in tutelenſi Castro.

*Jusitiae legales* ad *fiscum* adeoque ad *curtem* spectantes, comprehendunt omne *ius in re & ad rem d)*, quo *curtis* in sua ditione gaudebat. *Vadium* vero denotat non modo *pignus* in *Ordaliis* seu *judiciis Dei*, ut *Monomachia* seu *Duello*, coram judice projectum, quod capiebat *Fiscus*, sed etiam poenam e) quamvis *judicariam* involvit. *Mercatus* sive *Mercatum*, omne *ius*, quod *curti* competit, statuendi circa *merces & commercia*, velut, *habendi nundinas, vecindaria imponendi, rebus vendendis pretium flata-*

a) *Conf. DU FRESNE* voce: *BALVZIVM Hist. Tutel. col. 379.*  
*Telon.* d) *Conf. DU FRESNE* voce:

b) Ut probant *MONACHI* ad *Jusititia.*  
*GANGIVM* voce: *Fredum.* e) *IDEM* voce: *Vadiam.*

c) In *Chartha anni 984.* apud

## 54 CAPVT II. DE ORIGINE CASTRI GERM.

statuendi, & id genus alia f) indigitat. *Comitatus* multa comprehendit, siquidem & **IVRISDICTIO**, & **con-**  
**ventus ipse juridicus** seu **judicium**, omne **dominium curtis**,  
 imo & **ipsa**, quae **domini jure pensitatur**, **praefatio g)**,  
*Comitatus* nomine veniunt. Ad *Monetam* partim ipsa **do-**  
**mus** seu **officina monetaria**, partim **jus monetarum** cu**dendi**, ipsiſque  
 characterem adsignandi b), & omnia ex mone**tam** cu**dendi** jure percipi consueta emolumenta,  
 referri debent. *Modius Regis* nihil aliud fuit, quam **cen-**  
**sus** de mentura **frumenti & vini**, aut potius omnium li**quidorum & aridorum**, **praefari solitus i)**. *Inferenda* est omne tributum, quod Fisco infertur. *Tributum*,  
 quod *inferenda* vocatur, - - - hoc est duo solidi pro vacca,  
 exstat in capitularibus k). Quae verba majorem capiunt  
 lucem iis quae habent chartae **CHILDEBERTI l)**:

Clementiae regni nostri suggestit, quod de curtibus praedictae  
 sanctae Basilicae, quae nominantur - - - annis singulis *Infe-*  
 rendam solidos 6, inferendales, & alios 6. de renissaria auri  
 pagens.

f) IDEM VOCE: *Mercatum*.

g) IDEM VOCE: *Comitatus*.

b) **CURTIA** FORTUNATIA-  
 NUS Att. Scholast. Libr. III. SAD-  
 MERVUS de similitudine S. Ansel-  
 mi C. 9. Charta Agnetis Com.  
 Pictav. an. 1050. apud MARTENE  
 Anecd. Tom. I. Col. 187. DU  
 FRESNE VOCE: *Mimeta*.

i) Charta an. 1185. in Tabu-  
 lar. Centul. Conf. CANGIVS h.v.

k) citatis a CANGIO VOCE: *In-*  
 ferenda.

l) Reg. Franc. pro Monast.  
 SS. Sergii & Bachi Andegav. de  
 quibus CANGIVS l. c. videri pot-  
 est.

pagenis inferendo in Fisci ditiones reddebat - - - ut nullus iudex publicus in ipsas curtes ad agendum - - - nisi quod Inferendam ipsam idem Abbas per se ipsum aut per missos suos annis singulis in facillum publicum reddere deberet - - - sed quocunque pars Fisci nostri exinde percipere aut exactare potuerit, nullus vestrum penitus requirens praefuniat, nisi tantum annis singulis ipsi solidi duodecim per ipsum Abbatem, aut per missum suum nostris aerariis inferri debeant.

*Rotaticum, Rodaticam, Rotagium s. Roagium,* est vectigal vel tributum, quod pro damno, quod in viis publicis, quae exinde rotabiles vocabantur, solvitur curti seu *Fisco m).* *Ripaticum,* tributum, quod accipiebatur in ripis, pro aggeribus continendis, pro mercibus expositis in ripis, pro facultate ripas terendi ad subvehendas naviculas *n).* *Portaticum,* Valvarum Teloneum *o):* quo spectat quoad Fiscum locus in Charta Aystulfi Regis Longobardorum *p):*

Atque granum illum quod annue colligitur de portatio in curte nostra.

*Ex*

*m)* Charta Dagoberti ap. BOVILETUM p. 656. & L. 21. Cod. Theodos. de cursu publico.  
*n)* CANGIUS h. v. Capitulare l. an. 819. cap. 17. Capitul. an. 821. cap. 1. Diplom. Sigeb. Regis Austras. ap. HENSCHENIVM in vita ejus l. Febr. §. 2. n. 27. Charta Pipini ap. STEPHANOTIUM Antiq.

Fictav. MS. Tom. II. p. 406.  
*o)* Spec. Saxon. L. II. a. 21. §. 1. Charta Clodovei III. Regis Franc. ap. MABILLON. SS. Ord. Bened. T. IV, p. 618. DU CANGE h. v.  
*p)* An. 753. apud UGHELL. Tom. II. p. 108.

## 56 CAPVT II. DE ORIGINE CASTRI GERM.

*Exclusaticum*, tributum, quod praetereuntibus ad exclusas, id est locos ubi aquae concluduntur, pensatur q). *Nautaticum* s. *Navaticum*, id est *teloneum navale r*). Ejusdem farinae sunt fere *foliatricum*, *herbaricum* & reliqua (§. XXIX.) supra enumerata, quorum nomina, quippe quae significatum in suis compositionibus iam demonstrant, explicationem a nobis expectare non videntur.

## §. XXXII.

In quoniam *Omne Jus Regium vel Dominicum*, uno verbo *Fiscum*, confitterint *Curtes*, *Pa. palatiis*, *curtibus seu villis* tanquam capiti subfuisse, vel, latia, ut iam liquet, eorum *accessorium* fuisse probavimus. Quid vero erant haec capita ditiorum vel quomodo inter se differebant? Responcionem cape. Synonyma esse, *Curtem* & *Palatium* & *Villam*, habito respectu ad *Fiscum*, non modo ex chartis hactenus a nobis productis, a) sed etiam ex inspectione *Glossarii CANGII* sub his vocibus, abunde patet. Loca vero fuisse, nemo est qui dubitet. Consistebant vero mox in una mox pluribus aedificiis. Hinc LINDWODO b)

q) Lex Visigoth. L. VIII. Tit. IV. §. 30. Tabulae Carol. M. ap. DOVBLETVM p. 708. & 709. a) Plura exempla in Script. Rer. Bruns. invenies, apud EIS. NITIVM Tom. I. p. 494-525-402. 178.

r) DU FRESNE VOCE *Nauticum*.

b) definit „Curtem, quod sit mansio vel manerium ad  
 „inhabitandum, cum terris, possessionibus &  
 „aliis emolumentis ad tale manerium pertinentibus.  
 „Et HERIMANNVS c) domos vocat curtes: Deinde qua-  
 „tuor domos vel mansiones, quas abusive curtes vo-  
 „camus, in pago Tornacensi construxit - - d). In  
 „his itaque domibus, sive ut usitatius dicamus, curtis-  
 „bus, quae in diversis locis struxit plusquam sexaginta,  
 „carucas posuit.,, CONRADVS URSPERGENSIS vero omnium  
 loquitur clarissime, qui e) de FRIDERICO I. scribit: „Prae-  
 cepit muros & fossata deificere, & quatenus in una cor-  
 te non consistat plus aedificiorum, quam una do-  
 mus. „ Ex quibus verbis simul intelligitur, *Curtes*,  
 quae etiam ideo jam primis temporibus passim *Castra*  
 sunt vocata, omnibus munimentis non caruisse. Quin  
 etiam eius quod diximus veritatem ostendit quoque  
 PETRVS DAMIANVS f): „In tantum dives erat &  
 praepotens, ut gloriaretur, se plures habere Cur-  
 tes atque Castella, quam dies sint, qui numerantur  
 in anno. „ Fuerunt autem quoque interdum *Curtes*  
 complexus plurium aedificiorum, id quod ille tantum  
 in

b) Ad Provinciale' Cantua-  
 tienis Ecclesiae L. III. tit. 16.  
 c) De Reflaur. S. Martini  
 Tornacensis cap. 71.

d) IDEM cap. 79.  
 e) in Vita Frid. I.  
 f) L. IV. Epist. VII. conf.  
 DUFRESNE VOCE: *Curtis*.

H

in dubium vocat, qui multos vicos, villas, pagos, urbes fuisse curtes g) nescit.

## §. XXXIII.

Fiscum &  
curtes ha-  
buisse Regis,  
Duces, Co-  
mites, Dyna-  
stas, homi-  
nes Francos,  
probatur.

Exemplum Regum Germanicorum secuti Duces, Comites, Dynastae, Homines Franci, omne suum dominium, suas possessiones, suas terras, paucis Fiscum, in ditiones diviserunt, easque pertinentias Curtium fecerunt, quae curtis Principalis ac Dominicae, curtis Ducis, curtis Episcopi, curtis Nobilium, curtis hominis Franci, curtis Stabuli, Concilii publici, quia in eo Domini residebant & placitabant a), appellationibus b) venerunt. Insignis huius rei locus deprehenditur apud MARTENE c): Curtis dominica cum omni MUNDIBVRGE d) sua, ecclesia videlicet cum decimis, salicæ terræ mansus serviles & molendina cum pificationibus ac forestis, ius nautæ cum investigatione auri, bannus totaliter, cum omni libera utilitate &c. Vt vero lectori nihil plane dubii resideat, & uno quasi

ictu

g) Exempla quaere in Notit. Gall. p. 416. 418. 419. & in prefat. pag. 19. & 20. & in GOLDASTO Ch. 18. ubi fit mentio *Curtis regiae Zurich*: in annal. fuldenf. an. 889. ibi enim *Franconos* sunt referunt inter *Curtes regias*.

a) De cuius vocis in sole vide DUFRESNE h. v.

b) Leg. Bavar. T. III. cap. 2. t. I. BALVZ. p. 117. T. XX. cap. 6.

tit. r. Capitul. III. Carol. M. C. 19. T. I. C. X. T. I. BALVZ. p. 61. Charta Caroli A. 790. ap. SCHANNAT. Corp. Trad. Ful. n. 93.

c) In historia Novientensis Monasterii Tom. III. aned. p. 1132.

d) Conf. de hac voce DUFRESNE.

QVA REM, ET SIGILL. DE FISCO GERM. 59

ictu totam rem conficiamus, *Curtes Dominicales, Fisci,  
Episcopatus PADERBORNENSIS e) suo ordine, & cum  
suis unamquamque ditionibus districtibus seu pertinentiis  
producemus.* PRIMA EST CVRTIS DOMINICALIS  
ENENHVS, cum pertinentibus XIII. *Stidingen, Benni-  
dilla, Colfidi, Dedinghusen, Heddighusen, Dal, Hengbi-  
lari, Suafahren, Berghusen, Brockhusen, Balhornon, Pa-  
therbrunnen.* SECVNDA CVRTIS DOMINICALIS SVT-  
HEIM, cum pertinentibus III. *Kurethorpe, Holtheim, Si-  
wardassan.* TERTIA CVRTIS DOMINICALIS NIGEN-  
HVS, cum pertinentibus IV. *Hasan, Ascha, Bruch, Tu-  
na.* QVARTA CVRTIS DOMIN. BEKINVM, cum per-  
tentibus IV. *Hengi, Elineri, Brockhusen, Aflan.<sup>1</sup>* QVIN-  
TA CVRTIS DOMINICALIS BERGHVSON, cum perti-  
nentibus V. *Uralanchhusen, Megimhusen, Burghusen, He-  
pin, Hamannincthorpe.* SEXTA CVRTIS DOMIN. BIKE-  
SETHON, cum pertinentibus III. *Hifi, Urecaffon, Exa-  
ma.* SEPTIMA CVRTIS DOMINICALIS HELAGAN-  
KYRCAN, cum pertinentibus II. *Aldanithorpe, Barding-  
thorpe.* OCTAVA CVRTIS DOMINICALIS LVTHI-  
THE, cum pertinentibus II. *Dadenbroke, Breca.* NONA  
CVRTIS DOMINICALIS HEGINGHVSON, cum per-  
tentibus III. *Rotbechusson, Berga, Holtismanni duo.* DE-

CIMA

e) Ut in vita Meinwerci p. 563. describuntur.

## 60 CAPVT II. DE ORIGINE CASTRI GERM

CIMA CVRTIS DOMINICALIS AGINHVSON, cum  
pertinent. VL. Sandenebike, Homa, Saffinchorpe, Sten-  
hem, Hardinchorpe, La. VNDECIMA CVRTIS DOMI-  
NICALIS RIHEM, cum pertinentibus IV. Matrede,  
Guerinchorpe, Pumassan, Baddanbuson. DVODECIMA CVR-  
TIS DOMINICALIS HIRISTALLI, cum pertinentibus  
V. Wirigis, Thefslé, Brecal, Hemmadasson, Buffason.  
DECIMA TERTIA CVRTIS DOMINICAL. DASBVRG,  
eum pertinentibus II. Dasburg, Aßnedere. DECIMA  
QVARTA CVRTIS DOMINICAL WARDBVRG, cum  
pertinentibus III. unum Vorwere in ipsa Villa, Westnedere,  
Aßdagasson. DECIMA QVINTA CVRT. DOMINIC.  
CVLITÉ, cum pertinentibus III. unum Vorwere in ipsa  
Villa, Vorſti, Rothum. DECIMA SEXTA CVRTIS DO-  
MINICAL HIRISWITHVSON, cum pertinent. III.  
Aſlan, Bilinchuson, Tevinchuson. DECIMA SEPTIMA  
CVRTIS DOMINIC KURBIKE f), cum pertinentibus  
IV. Dakwie, Anasi, item Anasi, Lengbiveld. DECIMA  
OCTAVA CVRTIS DOMINICALIS VILISI, cum per-  
tinente uno Vernerbi Aſhicki, quae eft juxta Hurſti g).

## §. XXXIV.

Curtes filci originem de-  
diſſe castris Franci, in suis Curribus, Palatiis, Villis regiis, principa-  
libus, in Germania

f) i. e. Kurback.

g) Esbeck Amts Härfte.

libus, dominicis, stabuli, sedem haud raro suam habe- plurimis, o-  
rent, cum in illis placita instituerent, festa solemnia stenditur, &  
natalis & paschalis cum magno apparatu celebrarent, id fit transitus  
quod *annales Francorum* saepius allegati probant, cum ad caput ter-  
denique in illis thesauri regii & dominici custodirentur.  
& quaecunque unquam ex ditione Fisci a domino poten- tium.  
rant capi, in his Curtibus quasi confluenter; facile  
quilibet, nobis etiam non monentibus, non hariolan-  
do, perspicere poterit, dominos Curtium haec loca,  
in omni regione sua securitate egentia maxime, Latro-  
nibus aliisque hostibus exposita non reliquisse, quin potius  
illorum munitionem praeceteris locis, ipsis curae  
cordique fuisse. Quantvis ergo vel ex hoc ipso tuto af-  
firmari possit, omnes fere Curtes, omnis Palatia ditionibus  
Fisci tanquam capita praefecta, omni tempore  
simul castra fuisse, ad quod accedit, quod scripto-  
res medi⁹ aevi *Curte & Caſtro* saepissime pro synonymis uſ  
fuerint, uti CANGIVS sub his vocibus probat; atta-  
men quia versamur in veritate historica, necesse est, ut  
exemplis & digito quasi monstramus, & *Curtes* simul  
fuisse Caſtra, & ex curtibus hisce plurima Caſtra, i. e.  
urbes & castella originem suam traxisse. Caſtrorum  
nimurum, quae curtes simul fuerunt, praecipua sunt,

car-

## 62 CAPVT II. DE ORIGINE CASTRI GERM.

*curtis Alchramensis a), Alsted b), Affiberg c), Ervete d), Gisenheim e), Heslingen f), Hildesia g), Kauffingen b), Salvelae i).*  
*Nordhenium quoque urbs, olim Castrum, occurrit in*  
*veteribus monumentis nomine *Curtis*, uti quoque *Ca-**  
**strum WARDVVRG, Castrum CVRBACH k)*, & infinita*  
*alia, quorum recensum longum brevitati studentes ad-*  
*ducere noluntur. Postulat potius instituti nostri ratio,*  
*ut maioris certitudinis gratia nunc quedam Castra pro-*  
*feramus, quae in sua nativitate Curtes atque Palatia*  
*fuerunt. Huc spectant „Palatum Adelhaidis l), nunc*  
*„ villa nova S. Germani. Aquisgranum Palatum m).*  
*„ Argentoratum, olim palatum Argentoracum n). Villa*  
*„ Aurelia o), hodie Orleans. Bituricensē Palatum p).*  
*„ Blazon, Fiscus Regius q). Palatum Burdegalae r),*  
*nunc*

a) Scriptores Rerum Brunf.  
 ap. LEIBNITIVM T. I. p. 773-744.

b) Ibidem Tom. II. p. 292.

c) Tom. I. p. 537.

d) Tom. I. 554-558.

e) Tom. I. p. 773-743.

f) Tom. I. p. 423.

g) Tom. I. p. 744.

h) Tom. I. p. 403.

i) Tom. I. p. 866.

k) Annal. Sax. ad An. 1002.

conf. MARTENE Anecd. T. III. p. 1132. & vita Meinwerci p. 562.

l) MABILLON de Re Dipl. Lib. IV.

m) Capitul. Carol. Calv. tit.

36. Capit. Carol. III. Tit. I. §. 4.

LABBEVS in Biblioth. P. 2. p. 755.

Praecept. Carol. M. an. 807. apud MARTENE Tom. I. col. 61.

n) MABILL. I. c.

o) Charta Odonis Reg. an.

898. in Instrum. Histor. Occi-

dent. Tom. 2. p. 28. MARTENE

Tom. I. Collect. col. 634.

p) Annal. Franc. ad an. 767.

q) Vita S. Manrin. 63.

r) Charta Ludov. Junior. an.

„ nunc Bourdeaux. Confluentes, *bodie* Coblenz *s*).  
 „ Franconofurt Palatium *t*). Goddinga Villa *u*). Her-  
 „ stal, *olim* Palatium publicum Heristallum *x*). In-  
 „ gelheim Palatium *y*). Isemburgum Palatium *z*).  
 „ Leonis Castrum, *jam* Lions *a*). Metense Palatium *b*).  
 „ Moguntia Curtis *c*). Neomagum Palatium *d*), *bodie*  
 „ Nimegen. Padreburna *FISCVS REGIVS e*), *nunc*  
 „ Paderborn. Tornacense Palatium *f*), *bodiernum*  
 „ Tournai. Trajectum Curtis *g*), *nostro tempore Ma-*  
 „ stricht. Palatium Wormatia *h*). Weiblinga villa *i*),  
 „ nobis Weiblingen. Curtis Mersburg *k*). Blan-  
 „ ckenburg Curtis *l*). Castra Homburg, Katlenburg,  
 „ Münden, Plesse, Quedlinburg, Rotenburg<sup>l</sup>, Uslere,  
 „ Witgenstein, „ aliaque plura, quorum nomina in

scri-

*s*) Conf. *MABILL.* I. c. l. 4.

*c*) Apud *MIRAEVM* p. 24. &

*t*) Charta Carol. M. an. 794. in Capitul. T. 2.

*Mabill.* I. c.

*d*) *LAMBERTVS SCHAFFNAE.*

*u*) *MABILLE.* I. c. conf. *DU*

*an. 1046.*

*e*) Charta Carol. M. ap. *Mi-*

*FRESNE VOCV Palatium.*

*raeum* T. I. p. 131.

*f*) Conf. *DU FRESNE VOCV Pa-*

*p. 29.*

*latium.*

*g*) Vid. *MABILL.* I. c.

*j*) *Mabill.* I. c.

*h*) *IDEM ibidem.*

*z*) Idem *ibidem.*

*i*) Charta *Caroli Crafii* anno

*In Notit. Gall. Charta*

887. ap. *MARTENE* I. c. p. 223.

*Philippi Aug. an. 1217.*

*k*) *LEIBNIT.* Script. *Brunf.*

*b*) *MARTENE* T. I. Ampl.

T. I. p. 386. & 530.

*l*) Apud *Eund.* T. II. p. 137.

*Collect. p. 270.*

scriptoribus illis, qui res Brunsvicenses illustrant, & quos collegit LEIBNITIUS, ubivis fere obvia conspi- ciuntur. Tenes, Lector, originem *Castri* qua *vocem* qua *rem*, quam posteriorem, *securitati adipiscendae*, re- timenda, recuperanda, adeoque vel maxime *indoli* & *natura* *Fisci germanici*, deberi, constat: ad ipsam itaque *Castri* genuinam notionem investigandam nos accinga- mus.

## CAPVT TERTIVM

DE

CASTRI DEFINITIONE  
NOMINALI.

## §. XXXV.

Cur hic definitio nominalis tradatur Castri, Ipsi definitio Castri nominalis.

**M**ethodus recte cogitandi, cogitationesque suas cum aliis communicandi, primo omnium definitio- nem eius, quod cogitatur & scribitur, postulat. Cum vero multarum rerum, utique in ipsa philosophia, maxime earum, quae historia duce, in luce poni debent, ea sit natura, ut definitio realis, nisi omnibus, quae ad essentiam rei spectant, praestructis, intelligi vix possit, & ipsi philosophi tunc definitionem praemittere nomi- nalem, usque quibus sit definitum possibile, demon- stratis,

stratis, demum ad realem ipsam definitionem formandam descendere solent; nos, quoniam ex antecedentibus multa castrorum praedicata iam novimus, quae partim ad essentialia & attributa, partim ad modos eius referri debent, philosophos sequentes, hic definitione castrorum nominali, quod *Castrum* sit *Locus munitus cum permanentiis*, contenti, definitionem Castrorum realem loco idoneo magis reservabimus.

## §. XXXVI.

Id, quod rei securitatem praefstat, *defensio seu munimen* in genere apud scriptores medii aevi vocatur. Hoc Quid fit  
enim modo *Sigillum* quoque appellantur *Munimenta*, quia in medio  
*Charta*, cui appenditur, ab omni quasi exceptione, aevi munimentum.  
eo redditur secura; hinc frequens in veteribus Chartis a)  
formula est: „Et ut hoc firmum & stabile permaneat,  
„praefentem cartam sigillorum nostrorum Mueimine  
„confirmavimus.“ Nec magis iam ratio nos latere  
potest denominandi *Munimenta*, *praecepta*, *privilegia*, *diplomata* principum pro ecclesiis & in earum favorem,  
quod nempe iis hae muniantur adversus invasores bō-  
norum ecclesiasticorum. Sic namque loquitur  
*Charta Ludovici ultramarini regis apud CANGIVUM* b):

Isdem

a) Conf. DU FRESNE VOCE: Humolatiensi. Vid. CANGIVUM  
*Munimenta*. voce *Munimenta*.

b) Anni 948. in Tabulario 3

Isdem vero Comes noſtræ ditionis eandem (*Abbatiam*) obtulit, ea ſcilicet ratione, ut pracepto noſtræ autoritatis ita hanc muniri iuberemus, quo abſque ulla omnino diminutione, & fine alicuius ſubjectione, Abbatii regulari confeſſa inviolabilis in perpetuum maneret.

Clarius eft fragmentum aliud *notitiae judicati* ſub **C**ONRAD<sup>O</sup> I. Imp. c) nempe :

Oſtenderunt ibi in iudicio Monimen unum, id eft, documentum de praedicta ecclieſia.

Clariffimum vero *placitum* illud an. 829. apud MURATORIVM d) :

Dixerunt, quia & Munimina & teſtes exinde habemus, & praeſentialiter offendimus, & iſpa Munimina pree manibus oſtenderunt, & cum iſpa Munimina relegi feciſtemus, con-tinebatur in eis, qualiter &c. e)

*Illud* vero, quod eo, quod ſecuritatē preeſtat, in-ſtruētum eft, vocatur *munitum* f), ſeu quoque *munitio-sum*,

c) Apud VGHELLVM Tom. VII. p. 1417.

d) Tom. II. part. II. p. 375.

e) Iſpa hinc omnis generis an-nona, quia fervat, dicta olim fuit munitio, prout teſtatur CANGIVS h. v.

f) Probatur hoc multis locis que ſunt in excerptis ex opere Iohannis Rhode Archiep. Bremer.

quod Chronicon appellatur, ſub rubris: de oppido Buxtehude, de oppido Wildefhusen, de Castro Verde & oppido, de Castro Hagen, de Castro Ottersberg. de Castro Stotele, de Castro Langwedell, de Castro Nienbuſi, de Castro Del-menhorſi: apud LELENIA, Tom. II. p. 264. ſqq.

*sum*, quod verba *tabularii S. Johannis g)*: *Turres & mu-*  
*nitiosa, tutaque loca fabricare volentes; ostendunt.*

## §. XXXVII.

Locus munitus munimentis instructus est. Cumi Quid sit in  
 namque id quod securitatem praefstat instructum muni- Germania  
 mentum sit, & quod eiusmodi munimento est instru- locus mu-  
 tatum, vocetur munitum; (§. XXXVI.) sequitur, quod  
 locus munitus sit, *qui munimentis instrutus est.*

## §. XXXVIII.

*Muri & fossae & turres, non sola faciunt locum tutum.* Quid in  
 Quoniam illa omnia locum reddunt munitum, quae Germania  
 securitatem ei praefstant, (§. XXXVI.) quod facere locum mu-  
 possunt etiam plures aliae res; dubitari non debet, posse  
 locum esse munitum, licet nullo muro, nulla turri,  
 nullisque fossis clausus sit. Ergo dantur loca, a natura  
 munita, quae nostra loci muniti notio non excludit,  
 quid? quod potius ipsum medium aevum consentiat  
 nobiscum. *Chronicon* siquidem *Bremense a), Castrum o-*  
*TERSBERG*, refert, *licet ruinosum & non bene aedificatum,*  
*tamen in loco munitissimo situm esse.* Ex quibus patet, ea  
 omnia quae ad locum aliquem defendendum faciunt,  
 sub notione nostra loci muniti latere: hinc *omnia instru-*

men-

g) Apud MORET. *Antiquit.*  
 Navar. p. 298.

a) Apud LEJENITIVM l. c. p.  
 264.

menta bellica, tormenta majora, minora, bombardae, gladii, milites, qui eadem ob causam Muniones olim dicebantur b), imo etiam munimenta lignea, muri lignei, quia defensionem praestare possunt, notionem loci muniti ingredi interdum valent. Conspirare nobiscum aetatem barbaram, indicio est illud excerptum de castro Vorde c), quod sic sonat: „Item castrum Vorde caput castorum, Residentia Archiepiscopi in medio terrae situatum, ad quod spectant multa iura & bona - - - „Item praedictum castrum post decepsum Hinrici Administratoris repertum fuit totaliter ruinosum, quemadmodum omnia alia castra. Oppidum Vorde castro fuit contiguum, de quo ad castrum penitus non munitum die noctuque siccis pedibus patebat aditus, & exitus: Non fuerunt repertae bombardae, neque balistae, nulla arma, nulla instrumenta bellica, omnia ad dioecesin Monasterensem distracta, & per Westfalos alienata, tam aurea quam argentea clenodia, imo omnia utensilia, Westfalica avaritia abstulit, & penitus nihil reliquit. In multis annis non recuperabit ecclesia Bremensis, quod tot annis fuit sub du- rissima servitute Westfalica. Item ex autentica scri- ptura

b) ORDERICVS VITALIS Lib. IX. p. 739. Lib. XI. p. 806. & 817. Lib. XIII. p. 907. & Da Can-

ge voce Munio.  
c) Chronica Bremensis apud LEIBNITIVM T. II. p. 264.

, ptura reperitur, quod castrum Vorde Anno MCIX.  
,, tempore Friderici Archiepiscopi Brevensis aedifi-  
,, ciis munitur, licet prius & dudum ante tempora Be-  
,, felini Archiepiscopi fortalitium fuit, non tamen be-  
,, ne munitum, quemadmodum istis temporibus omnia  
,, castra non bene munita fuerunt. Principes tempo-  
,, rales eorum castra & dominia munierunt & amplia-  
,, verunt, ecclesiarum vero fortalitia in ruina usque ad  
,, hodiernum diem permanerunt. Quare confulen-  
,, dum est, quod illud sit lapideum, quod prius fuit  
,, ligneum. In continuo excisio nemorum, silvarum  
,, & arborum, ligna ad aedificandum minima haberi in  
,, hac terra de coetero possunt. Quemadmodum  
porro varii generis munimenta esse possunt, quorum  
quaedam magnam, exiguum quaedam securitatem praec-  
stent, *locus* vero nobis est *munitus*, qui *munimentis in ge-*  
*nere est instrutus*: ita quoque illa loca ad ideam castrorum  
nostrorum pertinent, quorum munimenta non omnimodo,  
sed aliquam tantummodo securitatem & defensio-  
nem, licet exiguum, afferunt; nec non, vi notionis  
munimentorum, supra ex medio aevo deductae, loca  
quae opere nullo manu facta, sed a natura donato, ve-  
luti silva, lacu, palude, monte, rupe, angustiis  
viarum & sic porro, iam iam secura sunt. Imo, cum  
ipse

ipsae urbes sint quoque loci muniti, utpote munimentis clausae, adeoque securitate gaudentes; nihil obstat sane, quo minus illas *definitio castrorum* complectatur.

## §. XXXIX.

*Definitio  
pertinentia-  
rum in Ger-  
mania,*

Quoniam non unusquisque locus munitus, sed ille tantum, *qui peripherii*, ut lingua barbarica dicit, *pollet*, nobis castrum est; necesse est, ut ante ad ipsas castrorum pertinentias quam perveniamus, notionem ipsarum pertinentiarum ex medio aevo distinctam figamus. Pertinentiae igitur sunt ea, quae constanter rei insunt, quarum tamen unum per alterum non determinatur: Quod vero constanter rei ineft, appellamus id, unde cognoscitur res & ab aliis rebus discernitur. Ergo pertinentiae sunt rei essentialia. Hanc pertinentiarum notionem in medio aevo obtinere a), probatu haud est difficile. Quis enim negat essentiam dominicae potestatis constituere servos? Et certum quoque est, servos, intuitu domini, olim ad pertinentias fuisse relatos. Ita namque edicit LEX LONGOBARDORVM b):

Si pertinentes homines sine voluntate domini sui hoc fecerint, dominus per sacramentum se purificaverit, per ejus consensum non fuisse factum &c.

Quin

a) Synonyma pertinentiarum sub his vocibus.  
in medio aevo sunt *attinentiae*, b) Lib. I. Tit. 16. §. 8.  
*appendices*, *appenditia*, *uv CANGE*

## DEFINITIONE NOMINALI.

71

Quin imo servi appellatione *pertinentium* simplici interdum indicati fuerunt: in eadem lege c), verbis:

Pertinentibus libertatem donare;  
& verbis :

Si quis Longobardus pertinentem in manu quarta tradiderit;  
& a se amund fecerit . . . solutus ab omni conditione ser-  
vitatis permaneat.

Cui porro in mentem venit dubitare, essentiam *Impe-  
rantis subditos esse?* Hos vero *pertinentias* s. *pertinentes*  
agnoscit medium aevum. Prodeant in hanc rem, *Char-  
ta Friderici II. Imp. d.*:

Statutum habemus, ut ad placitum cuiuslibet advocati femel  
in anno, quando praeceptum fuerit, omnes pertinentes cer-  
tis in locis convenientia.

„ Chronicon Novalicense e), ubi deprehenduntur verba:  
„ Nos, neque nostri pertinentes, non sumus de vestro  
„ monasterio, pro eo, quia aviones nostri vobis per-  
„ tinentes non fuerunt. „ Fruetuaris porro absque  
fruitione vel fruendi jure concipi nequit: inde *frui*  
*quoque est pertinere;* & *fruitio, pertinentia.* *Nemo possit ad*  
*indultum a nobis beneficium pertinere, nisi qui, &c.* sunt  
ver-

e) Lib. II. t. 18. §. 3. Tit. 35.  
§. 9. Adde quoque Leges Luit-  
prandi Regis tit. 62. & Aifulfi  
t. 8. Vetus Instrum. manu missio-  
nis anni 1152. apud GREGORIVM  
FILONVM in Hist. Bellunensi p. 77.

et CANGIVM h. v.  
d) In Metrop. Salisb. Tom.  
III. p. 399.  
e) Apud MVRATORIVM Tom.  
II. part. II. p. 721.

verba Codicis Theodos. f). Monachi quoque respondent g): *Nos, domine, terram illam diu pertinuimus, & eam sine iudicio amittere volumus.* Nec possumus cogitare possessorem, sine possessione; quae ideo in barbara acta te possessoris pertinentiam constituit, id quod verba orationis Ferdinandi Vacecapitis b) testantur: *De illis saltem, quae ad vestram pertinentiam devenerunt, per emisionem & munificentianam offendere liberalem.*

## §. XL.

Definitio pertinentiarum. Exhibita notione pertinentiarum, nunc partium nostrarum est, ut locis munitis pertinentias fuisse demonstremus. Quamvis autem superfluum, imo ridiculum cuiquam posset videri, quod, cum pertinentiae sint essentia rei, diutius nos in docenda castrorum essentiae existentia velimus haerere: attamen, quia non quidem dubitatur essentia calrorum fuisse, sed pertinentias locorum munitorum confecisse castrorum essentiam, quibusdam novum atque inusitatum esse posse; indicandum omnino est primo, locis munitis competuisse pertinentias: quo quidem extra dubii aleam posito, ex

su-

f) Lex 3. de Privil. locorum qui in Sacr. Palat. milit.

g) In Notit. de fund. B. M. de Tenallia Tom. II. Gall. Christ. inter Infrum. colum. 484.

b) Anni 1372. ap. MARTENE Tom. I. ampl. Collect. p. 1508. Conf. DU GANGE VUCE Pertinentia.

superioribus fluet sponte, eas ipsas pertinentias esse castrorum essentialia; deinde vero apertus ad ipsa castri pertinentiarum penetralia transgressus erit. Pertinentias igitur *castris*, i. e. locis munitis, competuisse, tot probant documenta, ut sit optimorum ele<sup>ctio</sup> difficilis. Nos pulcherrima illorum ut ex vasto amoenissimo horto flores decerpemus. Orient nostram demonstrationem omnium primo Litterae inventurae, quibus *castra*, hoc est *loca munita* ALSTED & MORINGEN, beneficii iure in *Comites Mansfeldenses* transferuntur, nempe Charta LUDOVICI BAVARIAE), cuius tenor huc spectans est huiusmodi:

Castrum videlicet Alsted cum oppido adiacente & omnibus juribus, honoribus, jurisdictionibus suis, venationibus, pescariis, hominibus & bonis ac rebus aliis, OVAE AD IPSVM CASTRVM DIGNOSCUNTUR QVOMODOLIBET PERTINERE.

Item :

Castrum, i. e. locum munitum, Morungen, cum omni utilitate, iure, iurisdictione, honore, & CAETERIS SVIS PERTINENTIIS universis.

Sequatur has litteras Diploma eiusdem Bavarii b), quo

Castrum ceditur Blanckenburg cum oppido adiacente, nemoribus, venationibus, moneta, thelonio, iudiciis montanis, quae

a) Anni 1323. apud LUNI. b) Anno 1323. apud LUNIG. GIUM Corp. Jur. Feud. Tom. I. Corp. Jur. Feud. T. I. p. 525. p. 1077.

K

## CAPVT III. DE CASTRI

quae *Berke-Gericht* dicuntur, hominibus & bonis aliis ceterisqne suis pertinentiis quibuscunqve.

Quod excipiat *Charta REINOLDI ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS* c), in qua,

Castrum cum omnibus possessionibus ac iustitiis EIDEM CASTRO PERTINENTIBVS

occurrit. Post haec prodeant, das Schloß Ertelsen cum pertinentiis d): Blumenau cum pertinentiis e): das Schloß Rebburg cum omni jure & proprietate f): & tandem Villa (curtis) cum appenditiis, videlicet iudicio, petitionibus, quae nostrum hacenus merum allodium extiterunt, cuius Charta Wallerami Domini de Valckenburg g) meminit. Reliqua vero, in quibus mentio pertinentiarum castrorum iniicitur, monumenta ex antecedentibus (§. XXVII. ad §. XXXIV.) repetenda sunt.

## §. XLI.

Pertinentiae, Pertinentias castris seu locis munitis fuisse, jam satis est, clarum est: restat igitur, ut hae pertinentiae, castro-constituant.

c) Anno 1166. apud HERTIVM de superioritate territoriali §. 8.

d) Calenbergische Amts-Ordnung §. 3. n. 18. Charta Comitis Eversteiniensis HERMANNI ap.

PEFFINGERVM Hilf. Dominus Bruns. P. II. p. 3.  
e) Charta LUDOLFI & LVDO-

VICI Comit. de Wunstorp, an. 1359.

f) Charta Diderici Abbatis in Lucca Anno 1331. ap. HOFFMANN. Var. Sax. Vol. 3.

g) An. 1274. ap. BVRKENS in Troph. Brabant. T. I. p. 106.

*ſtrorum essentialia demonſtrentur.* Si itaque verum eſt, ve-  
rum autem eſſe conſtat, (§. XXVII. ad §. XXXIV.)  
*curtibus, palatiis, villis regiis, fiscum, ſeu pertinentias,*  
ſuam dediſſe eſſentiam, curtemque ſine pertinentia concipi  
non potuiſſe; *curtes vero in ſua nativitate, partim ca-*  
*ſtra, i. e. locos munitos, extiſſe, partim ex curtibus*  
locos munitos eſſe natos (§. XXXIV.): conſequens eſt,  
ut pertinentiae caſtrorum, essentialia eorum ſint.

## §. XLII.

Poſſemus in hac demonſtratione, mathematicae Quod pro-  
aemula, ſane adquieſcere, niſi Lectori omnis ſerupuli &  
eximendi cauſa, veritatem dictorum nudam & palpa-  
bilem quaſi exhibere animus eſſet. Paucis ergo pace Henrici  
Tua, Lector, pertinentiarum cauſa Te volumus.  
Quod rei conſtanter ineſt, facit rei eſſentiam (§. xxxix).  
Jam ſi in alienationes caſtrorum velimus inquirere, nun-  
quam caſtrum ſine pertinentiis alienatum eſſe, non pau-  
citas ſed plaufra documentorum docent, quorum  
quaedam nominata ſunt a nobis (XL.), quaedam ve-  
ro aptius infra protrahentur. Ne autem Te, Lector,  
iusto diuitiis moremur, unicum, ſed maximi ponderis,  
antiquitatis fragmentum oculis tuis ſubiicere placet,  
quod eſt *Tefflamentum Henrici Leonis*, pretioſa Codicis  
manuſcripti Moguntini particula:

In

K 2

In nomine Sanctae & individuae Trinitatis, H. Dei Gratia  
 Dux. Pietatis opera non solum in vita praesenti promovenda  
 sunt, sed etiam post mortem, si fieri potest, extendenda.  
 Ne ergo haereditatis meae testimonium inter filios meos non  
 aequa portione distrahatur, ego praecavens in futurum filio  
 meo H. Seniori BRVNNSWICK ASSIGNO CVM PATRIMONIO  
 ATTINENTI. W. habeat LOVENBURG & LÜNERBURG CVM PRAE-  
 DIIS ATTINENTIBVS. Otto habeat HALDESLEVE <sup>a)</sup> ET  
 OMNIA ATTINENTIA. Ministeriales mei secundum quod  
 plus vel minus digniores habentur, inter filios meos ad eo-  
 rum servitium adscribantur. Haec conscripta Anno Domini  
 M. CXCV. Indict. XV. Kalend. Sept. die exitus mei iam ap-  
 propinquante. Ne autem extremae ordinationis meae vo-  
 luntas vel extremae voluntatis meae ordinatio, habeatur am-  
 bigua, hanc paginam sigilli mei impressione signari iussi.  
 Quod idem testamentum, sed in compendio, CORNE-  
 RUS <sup>b)</sup> luci publicae donavit hoc modo: *His quidem  
 filiis suis Henricus Leo taliter divisit hereditatem. Nam Hen-*  
rico

<sup>a)</sup> Erat *Castrum*, i. e. ein  
*Schloß*, ad Oferam in *Pago Nor-*  
*thuringen*, quo Castro totus co-  
 mitatus (*die Graffchafft*) Halles-  
 leviensis, qui post obitum Bern-  
 hardi Comitis, nempe an. 1126.  
 Duci *Letharis* subiectus est, hic  
 intelligitur. CORNERI Chron.  
 ad A. 1126. Chronicon Duc.  
 Bruns. ap. MADERVM p. 13. Ipsum  
 vero *castrum Aldesteve* tempori-

bus *Henrici Leonis* admodum e-  
 rat celebre. Vocabatur illud ca-  
 strum detestandum in *Annal.*  
*Bosoviens.* ad ann. 1167. expu-  
 gnatum tamen a *Wichmanno* Ar-  
 chiep. *Mazdeburgensis* anno 1180.  
 conf. *Annal. Bosov.* ad an. 1180.  
*Chron. Erfurt.* ap. MENCKEN.  
*Script. Ker. Sax.* Tom. III. p. 227.

<sup>b)</sup> in Chron. ad an. 1197.

rico seniori dedit Brunswic cum attinentiis suis. Wilhelmo vero contulit Luneburg & Lowenburg cum pertinentiis eorum. Sed Ottoni dedit Haldesleve cum suis attinentiis. Divisit ergo Henricus totum suum Ducatum in tres partes, quarum primam facit castrum Brunswic cum pertinentiis, secundam duo Castra Luneburg & Lowenburg cum pertinentiis, tertiam Haldesleve cum pertinentiis. Si munimina essent castrorum essentia, non sane potuisset LEO partes hereditatis exprimere quatuor castrorum nominibus: alias enim distribuisset quatuor loca munita, relicta indivisiim reliqua Ducatus parte. Cum ergo quatuor castra cum pertinentiis totum ducatum absolverint; castrum vero bis, duo castra semel partem totius Ducatus faciant: sequitur, castrorum horum non ex munimentis, sed attinentiis, essentiam aestimari debere, & sub castrorum appellatione pertinentias castrorum semper intelligi.

## §. XLIII.

Posset fieri, ut quispiam obesa naris nobis obver-  
teret, pertinentias castrorum essentiam vel hanc ob cau-  
fam non esse posse, quia teste ipso capite libelli nostri primo  
notio castrorum notionem loci muniti absolvatur, adeoque  
pertinentiae plane ad castrum definitum necessariae non sint: Deinde, cum tantummodo illa castra,  
quae simul curtes sint, pertinentiis gaudeant, reliqua  
castra,

K 3

castra, non curtes, & ex fisco non oriunda, omnibus  
destitui pertinentiis, & tamen castrorum nomine non  
defraudanda esse. Sed salva res est. Ad primum  
namque dubii caput quod attinet, nemo non videt,  
quod in primo capite nostra oratio tantum circa vim  
vocis castrī, huiusque termini significatum Grammati-  
cum versetur, quo certum est, *quemlibet locum muni-  
tum, arcem, castellum, burgum, civitatem, castrum esse:*  
in secundo autem libelli capite, relictis vocum dispu-  
tationibus, descendentes ad notionem castrī, non  
grammaticalem, sed quae in iure obtinet germanico,  
a notione quoque grammaticalī abstinentium nobis fuit.  
Aut, si mavis, duplex castrī sensus est, latissimus alter,  
alter vero strictus: in illo, castrum locus quilibet muni-  
tus; in hoc, locus tantum munitus cum pertinentiis est.  
Altera obiectionis ratio subtilis quidem videtur, sed  
remotione non destituitur. Dari enim, non inficias  
imus, castra sine pertinentiis, quo referri debent mul-  
ta castella, tantum vel ad observationem hostium, vel  
ad incursiones avertendas hostiles, vel ad rapinas & la-  
trocinia exercenda, vel impedienda, velut *die Raub-  
schlösser, Wartbürme, Borgfreden, Schanzen, & Schlösser  
von kleiner Gattung*, & id genus alia: verum enim vero  
quis ex definitione nostra castrī (§. XXXV.) non statim  
concludit, loca munita sine pertinentiis in nostrum

cen-

censum neutquam venire? & nos simul cum primo capite latissimum illum castrum significatum a tergo quasi reliquiss? Ergo nemo a nobis expectet tractationem iuris, quod in Germania circa exstruenda castra, fortius munienda, urbes condendas, castra destruenda & solo aquanda, aut unquam obtinuit, aut hodie obtinet. Concedimus post haec non minus etiam, quod non omnia loca munita ex fisci curtibus provenerint. Ex hac vero propositione neutquam formari potest conclusio, ea loca munita, seu castra in sensu latissimo, quae non ex curtibus orta, vel simul curtes fuerunt, nullas quoque habere pertinentias. Non enim solum haec conclusio repugnat experientiae, quae tot urbes & alia loca minora munita pertinentiis praedita nobis offert, quae tamen nunquam curtes fuerunt; sed etiam reliqua nostri libelli, cum de modis adquirendi castra fuerit dicendi locus, pars docebit, olim quoque castra plurima, etiam si non curtes, tamen pertinentiis tanquam essentialibus suis gavisa fuisse. Sed si etiam ita libraliores esse & largiri vellemus, quod tamen salva veritate fieri nequit, castra, quae fisco debent originem suam, sola habere pertinentias tanquam essentialia sua, reliqua vero non habere; tamen ne hoc quidem reprehensionem merebimur. Quod si enim, testantibus omnium seculorum scriptoribus germanicis,

Ger-

Germania fuit divisa in pagos suos inumeros, in quibus magnus ditionum fisci numerus, quarum quaevis suam habuit curtem, deprehendebatur, id quod exemplo Episcopatus Paderbornensis, in quo solo octodecim curtes adeoque castra extiterunt, ( §. XXXIII.) fatis probatum iam est; atque non reges, episcopi, ablates, principes modo, verum etiam comites, equites, homines franci (§. XXXIII.) Curtes, villas, palatia, regalia, dominicalia, curtes stabuli habuerunt: consequens certe est, pauca admodum extitisse castra, quae vel non ipsa simul curtes, vel non ex curtibus orta fuissent. Nos itaque definitione sumta a maximi castorum numeri natura & indeole, philosophiae rationalis pracepta fecuti, ne sic quidem male castrorum essentiam pertinentias diximus.

### §. XLIII.

Sed appella- Castrum est locus munitus cum pertinentiis (§. latione ca- XXXV.): Quoniam vero pertinentiae, quae loco mu- flri conti- nentur castri nito competit, faciunt castri essentiam; (XXXIX. pertinenteae: XXXX. XLI. XLII.) sequitur, *appellatione castri per-* quod proba- *manentias contineri.* Quam conclusionem non cerebrinam, tur.

sed in ipsis rerum argumentis fundatam esse, ostendunt instrumenta, publica auctoritate in lucem emissa, puta die gründliche Nachricht von dem an die Stadt Lubeck

anno

anno 1359. verpfändeten Dominio & Advocatia oder Herrschaft und Vogtey Möllen, aus Original - Diplomatisbus und Ubrkunden erwiesen a), ubi haec verba notata dignissima habentur: In solchem Land Sadelband ist nun unter andern Castris oder festen Burgen b) auch das Castrum oder feste Schloß Möllen gelegen gewesen; folches bezeugt der unverwerffliche Sribent

Arnoldus Lubecensis in Chron. Slav.  
Lib. VI. Cap. XV. n. 2. & 3.

dass nemlich der König CANVTVS IVNIOR in Dännemarck mit seinen Völkern vor das Castrum Möllen gegangen sey.

Rex igitur procedens Mulne, schreibt er, & acceptis obfidibus, prius neglektis, ad sua revertitur, fratre duce procedente Lauenburg.

Denn dass Möllen ein altes Castrum gewesen sey, wozu ordentliche Castrenses oder Burg- Männer gehörer haben, das bestärcket diemerckwürdige Ubrkunde de ao. 1321. sub Num. XXII. c). Dieser einige Umstand, dass Möllen in alten

Zeiten

a) Quae prodiit an. 1740. vid. p. 40.

b) Ecce castrum in sensu grammaticalı seu latissimo, pro quovis loco munito.

c) Quod documentum repetitum in eadem deduclione Parte

II. p. 31. seq. cuius inscriptio est,  
Theidigung zwischen Herzog Johanne zu Sachen und der Stadt  
Moellen, dass Stadt und Schloss  
Moellen dem Herzog allezeit offen  
seyn sollen; in ipso vero do-

cu-

L

Zeiten ein Castrum gewesen sey, und seine Caftrenses gehabt habe, würde schon einen ziemlichen Beweis ausmachen, dass ein ganzer District Landes, oder eine ordentliche Praefectur dazu gehöret habe, indem man kein altes Castrum in ganz Deutschland finden wird, wozu nicht ein District Landes mit einliegenden Villis, Hominibus, Litis &c. als ein pertinens gehöret, und vom Castro *aus* die Jurisdiction, cum Mundiburgio & Defensione darüber exercit et worden wäre d), worinnen eben der Ursprung aller Praefecturen und heutiges Tages so genannten Aemter, Vogteyen, Pflegen, Kellnereyen, Caftrenyen &c. zu suchen ist, und wird man finden, wann man die Probe anstelle, dass die Amtshäuser, wo nicht bey allen, doch bey den meistern weltlichen Aemtern, in den mehresten deutschen Provinzien ebemals ein Castrum oder Burg, oder Adelich Haus und Schloss gewesen, wie dann auch post reformationem, die Secularisirten Closter - Aemter auf eben diese Art nach den Closter, als den Haupt- Sitz, wozu der gantze District gehöret hat, genennet worden sind. Probationi huic ad-

iun-

cumento verba facientia  
Sint: Und de olde Raht van der  
Stadt un de nye Raht hebbet us  
byrup in trouwen geswet; un in  
den Hilligen schwieren, un hebbet  
us vck achte Ridder un Knachte  
davor lowit laten, dat de Boerger-  
re us an unsen rechten Arwenscha-

len de Stadt un Schlott evvigliken  
thor Hand holden uppe alle de Le-  
vvit, un schall use open Schlott  
wesen tho allen Tyden &c.

d) Ecce Castrum in sensu stri-  
eto & iuridico, pro loco muni-  
to cum pertinentiis.

iungamus aliam, sed longe luculentiorem, ex qua patet, *castrum sub se comprehendi* *se pertinentias*. Nempe hodiernae nostrae *praefecture*, *Aemter*, uti constat, pleraeque, nisi omnes, nihil aliud sunt, quam *ditiones* *olim fisci* adeoque ipsae *castrorum pertinentiae*: quam ob caufam in multis locis *castellatura* vocatae sunt, indicio fatis claro, nomen hoc a primo suo statu, cum essent *castra*, gerere. Sic enim loquitur *Charta Moriensis Episcop. e)*

Curtem de Flernes in *castellatura* Furnensi - - curtem de Bissinsela in *castellatura* Bergensi. Duas etiam partes Decimorum a tempore comitatus Roterti praedicti cultarum, & co-lendarum in *castellatura* S. Audomari, Casletensi Curtracensi.

Has *praefecturas*, has *castellaturas*, curtum & castrorum pertinentias olim, solo nomine *castrum* exprimunt scriptores. Ne vero lectorem antiquitate fatigemus, producamus recentius instrumentum, quod docet, ne proximo practerlapso quidem seculo desuisse pertinentias castrorum, *praefecturas* & *castellaturas*, nomine *castrorum* venire; nempe die *Hildesheimische Stifts-Fede*, in qua, testante publica auctoritate promulgato scripto, sub titulo, *Relation und Bericht in Sachen Braunschweig con-*

174

e) An. 1213. dat. ap. Bergas: f) Quae prodiit *Weissenbuttelae* a. 1630. in folio.  
vid. MIRAEVS Oper. Diplom. p. 1213.

*tra Hildesheim f), omnes in feda Hildesiensi detentae praefecturae, castrorum nomine indicantur, quorum praecipua sunt, Castrum Wiezenburg, nunc castellatura ejusdem nominis, Castrum Waldenburg, hodie praefectura Woldenberg, praefecturae Hundesrücke, Poppenburg, Schladen, Lauenstein, Liebenburg, Wiedela, Bienenburg, Lutter, Woldenstein, Weßlerborn, Steinbrüg, Coldingen, Rubte, Hallerbburg, Gronde, Arzen; quarum singulæ in ista feda castra appellantur, atque hoc nomine omnes castro primitus adhaerentia iura comprehendunt.*

### §. XLV.

*Et exemplo* *Diximus supra* (§. XLIV.), *quod pleraque a)*  
*hodierna-*  
*rum praefe-*  
*citorum il-*  
*lustratur,* *non opus est, ut undique corrasis documentis*  
*anxie ostendatur. Hae ipsae namque terrae, puta*

Du-

a) De omnibus enim hoc af-  
firmari nequit: dantur enim  
praefecturae, quae dicuntur  
*Closter-Aemter*, ut in his terris,  
Ebstorff, Iesenagen, Lühne,  
Medingen, Oldenstadt, Schar-  
nebeck, Walsrode, Wienhau-  
sen; & licet olim non Castra,  
tamen pertinentiae Coenobio-  
rum fuerunt. Secundo excipi-  
debent istae praefecturae, quae  
nomine *der Vogteyen* veniunt:  
hae scilicet olim non ipsa castra,

sed tantum pertinentiarum castra  
pars erant, quod videmus in *der Amts-Vogtey Langenhagen*, quae  
olim erat pertinentiae pars Castrorum  
& advocatiae majoris Calenber-  
genfis; nec non in illis a Castro  
& magno Advocato Cellensi  
pendentibus Vogteis, *Bergen*,  
*Bissendorff*, *Burgwedel*, *Eicklingen*,  
*Esel*, *Falling-Borßel*, *Hermannsburg*, *Itten*, *Solten*, *Wiesen*,  
*Zelle*.

Ducatus Calenberensis, Gottingensis, Grubenhagen-  
sis, Luneburgensis, magnum continent proventum  
praefecturarum, quae olim castra fuere; nempe praefec-  
turas, Artzen, alias Castrum Ertesleben b). Blumenau  
c). Calenberg d). Coldingen e). Gronde f). Lauen-  
stein g). Neustadt h). Ohsen i). Polle k). Rhe-  
burg l). Ricklingen m). Springe n). Wittenburg. Wel-  
pe.

b) Calenbergsche Amts-Ord-  
nung §. 3. n. 18. PFEFFINGER.  
Hist. Domus Bruns. P. II. p. 3.

c) Castrum Blumenau cum  
pertinentiis: Charta Ludolfi &  
Ludov. Comitum de Wunstorp,  
A. 1359. usq; Schloze Wunstorp  
und de Blumenau.

d) Castrum Calenberg: Chron.  
Hildesf. T. I. Script. Bruns. ap.  
Leibnitz. T. I. p. 757. illustris  
Otto Dux de Luneburg (strenuus)  
castrum Calenberg super Lay-  
nam fluvium confiuxit.

e) Olim Castrum: Calenberg.  
Amts Ordin. §. 3. n. 14.

f) Castrum Gronde: Ibid. §.  
3. n. 17.

g) Castrum olim: Charta  
Henrici Domini de Homborch  
a. 1289. presentibus Castellanis  
nominis in Lewenstein - - da-  
tum in Castro nostro Lewenstein.  
dis Lauenstenische Borde Chron.

Bothonius T. III. Script. Bruns.  
p. 473. RETHMEYER. Chron.  
Brunsf. p. 481.

h) Castrum olim Comitum de  
Welpe: Charta Bernhardi Comiti-  
tis de Wilipa a. 1283. Charta  
Wilh. Duc. a. 1490.

i) Castrum olim: Charta Joh.  
de Anedoys, a. 1291. Engelber-  
tus Comes de Oesen &c.

k) Charta an. 1325. die Fabia-  
ni Sebafiani.

l) Castrum: Charta Diderici  
Abbatis in Luca A. 1331. apud  
HOFFMANN. Var. Sax. Vol. III.  
*Didericus Abbas in Luca*, renun-  
ciant omni iuri, quod habebant  
Monachi in arte Rebberg, tamque  
cum omni iure & proprietate fun-  
di cedunt Wilhelmo Duc Br. &  
Luneb. conf. quoque Charta  
Wenzeslai & Alberti A. 1372.  
Charta Walburg Frid. & Bern-  
hardi Ducum Bruns. an. 1373.

pe). Brackenburg o). Brunstein p). Erichsburg q). Friedland r). Hardeggen s). Harfse t). Lauenförde u). Morings x). Münden y). Niedeck z). Nienwerder a). Reinhäfen b). Uslar c). Westerboe d). Catlenburg e).

Elbin-

m) Castrum: cuius historiam vide apud Illustrēm GRUPPENVM in Orig. Hanoverian p. 114. & HOFFMANN. l. c. Vol. III.

n) Charta anno 1252. die St. Godehardi Hannoverae, ubi: Gerhardus Comes de Hallermund Ottoni Duci de Brunf. certis conditionibus vendidit castrum Hallermund cum dimidiate boziorum ad illed pertinentium, & castrum Hallerispring quama master Gerhardi tum temporis inhabitat. HOFM. l. c.

o) conf. MERIAN. Topogr. von Braunschweig-Luneb. p. 57. ENGELARDI Chron. pag. 295. RETHMEYER. Chron. Bruns. p. 621.

p) RETHMEYER. l. c. p. 621.

q) Quod probat inscriptio eius portae: In Gottes Gnad und seiner Hand, bin ich die Erichsburg genandt. Herzog Wilhelm's Sohn Erich hieß, der mich von ersten bauen ließ.

r) Charta Ludov. Landgr. Hass. a. 1420. sp. RETHMEYER. l. c. p. 621.

s) HAMELMANN. de familiis

emortuis Lib. 2. MEIER. antiquit. Pleßens. P. III. cap. VIII. §. 3. p. 349.

t) Chron. Hildes. T. I. Script. Bruns. sp. LEIBNIT. p. 757. & Goettingische Geschichts-Beschreibung Part. I. p. 69.

u) LEZNER. Dassel. Chron. f. 2.

x) Charta Wilh. (Duc.) an. 1490. antiqu. Moringens. p. 27. HOFMANN. Var. Sax. Vol. HI.

y) Chron. Bettenii Marienrod. apud LEIBNIT. T. II. p. 468. RETHMEYER. l. c.

z) HOFMANN. Var. Sax. Vol. 2. HAMELM. L. I. de fam. emort. p. 736.

a) LEZNER. l. c. fol. 5.

b) LEYSER. Histor. Comit. Herberst. p. 17. Script. Bruns. T. I. p. 708.

c) Chron. Hild. T. I. Script. Rer. Bruns. p. 757.

d) Chron. Hild. ibid. p. 757.

e) LEUCKFELD. Antiq. Catlenb. p. 22.

*Elbingerode f).* *Herzberg g).* *Osterode b).* *Radolphausen i).* *Rothenkirchen k).* *Saltz der helden l).* *Schartfeld m).* *Ahlden n).* *Bleckede o).* *Bodenteich p).* *Bürgtorff q).* *Clotze r).* *Dannenberg, Fallersleben, Gifhorn s).* *Harburg t).* *Hitzacker, Knefebeck u).* *Lüchow, Meinersen x).* *Moisburg y).* *Rethem, Schnackenburg z).* *Winsen a).* *Wilhelmsburg, ol. Stilborn, Wustrow b).* Speciminis loco habes, lector, praefecturas quatuor Ducatum, quae omnes olim, id quod notae probant adiectae, castra fuerunt.

- |   |                               |
|---|-------------------------------|
| f) IDEM Antiqu. Ilfeld. c. 17.                        | 1390. MERIAN. p. 130.         |
| MERIAN. l. c. pag. 179.                               | 1) BERTENI Chron. Marien-     |
| g) RETHMEYER. l. c. p. 421.                           | rodanum apud LEIBNIT. scrip.  |
| h) RETHMEYER. l. c. p. 421.                           | Brunsf. T. II. p. 465.        |
| i) MERIAN. l. c. p. 169.                              | 2) CORNERVS Chron. ad an.     |
| k) RETHMEYER. l. c. p. 564.                           | 1390.                         |
| l) RETHMEYER. l. c. p. 546.                           | 3) PFEFFINGER. Hist. Dom.     |
| LEZNER. Dassel. Chron. p. 169.                        | Brunsf. p. 789.               |
| m) RETHMEYER. l. c. p. 421.                           | 4) Illultr. GRVPENIVS Orig.   |
| n) MERIAN. p. 39.                                     | Hanov. p. 352.                |
| o) LEVCKFELD. antiqu. Pöldenf. p. 45. MERIAN. p. 168. | 5) in Chronic. Bremens. apud  |
| p) HOPFMANN. Völ. III. MERIAN. p. 56.                 | LEIBNIT. l. c.                |
| q) RETHMEYER. l. c. p. 732.                           | 6) CORNER. l. c. ad an. 1390. |
| r) CORNER. Chron. ad ann.                             | 7) MERIAN. p. 206. LEIBNIT.   |
|   | 8) CORNER. l. c. p. 1181.     |

## CAPVT QVARTVM

DE

## CASTRI PERTINENTIIS.

## §. XLVI.

Introductio  
in Caput  
quartum.

**Q**uid sit iure Germanico *pertinentia* in genere, ac si gillatim *castris*, nempe huius *essentia*, praecedente in capite, non minus, quam quid *castrorum ipsum* sit, satis, credo, a nobis ostensum est. Quum vero minime sufficiat scire, illa, quae dicuntur pertinentiae, castri fuisse essentiam, sed ulterius, nisi in petitionem principii, ut loqui amant Philosophi, incidere velimus, requiratur, ut nempe, in quonam confitentur *essentialia castri*, pertinentiae scilicet castri, iam latius persequamur; Progrediemur igitur nunc instructi ad ipsas castri *pertinentias*, hoc modo, ut singulas earum species lustremus.

## §. XLVII.

Pertinentiae  
castrorum  
sunt mini-  
steriales.

Praerogativam inter castri pertinentiarum species merentur *homines ministeriales*, de quibus adeoque primo statim loco agendum erit. *Ministerialis* est in generali significatu *homo qui ministeria seu officia praefiat* a).

In

a) Definiente Illustr. ESTORE de Ministerialibus Prol. p. 1.

In Germania nostra olim duum generum erant ministeriales: alii enim nobiles, alii plebei. Ad nobiles referendi sunt, Teutoniae summi officiales, qui vocantur ideo *regni ministeriales*, ut Duces, Comites, Tribuni militum, Consiliarii in domesticis, Paedagogi liberorum Imperatoris vel Regis, Janitores, Veredarii, Comites palatii; quorum munera quaedam Electoribus hodiernis originem dederunt. Ad ignobiles ministeriales spectabant homines militaris generis, qui servorum intuitu vocabantur interdum liberi: ministeriales Nobilium, qui homines proprii & mancipia, licet melioris conditionis quam infimi servi fuerunt, quorum coniugia non libera sed circumscriptiora, soboles interdum dividebatur, qui permutati & quovis aliquando alienati fuerant; cum quibus omnibus, quia nostrum ad scopum nihil faciunt, nihil rei nobis est b). Cum namque ministerialium ignobiliorum quidam, fundis adscripti, fundi pertinentiam facerent; circa hos folos noster labor versetur necesse est.

## §. XLVIII.

b) Cui volupe est, nosse naturam & indolem omnis ordinis in Germania ministerialium, adeat Duumviros illustres, puta laudatum ESTOREM I. c. & Adam. Frid. GLAFFY in Hist. Cominent. de vera quondam minist. indole,

M

## §. XLVIII.

Definitio  
ministeria-  
lium castrorum  
pertinentia-  
rum,

Erant apud Germanos olim homines servilis conditio-  
nis *a*), fundo ita adscripti ut eiusdem pertinentes reputaren-  
tur: quos ministeriales appellabant. Prostant veritatis  
huius rei tot exempla, ut scepticum oporteat esse illum,  
qui dubitare amplius vellet; quae obvia apud GEOR-  
GIVM CHRISTIANVM IOANNIS *b*), CHRISTOPHO-  
RVM BVTKENSIVM *c*), IOH. IOACH. MULLERVUM *d*),  
RETHMEYERVM *e*), MABILLONIVM *f*), TOLNERVM  
*g*), HVNDIVM & GEWOLDVM *h*), IOANNEM A BO-  
SCO *i*), LVDEWIGIVM *k*), ILL. KOPPIVM *l*), LIN-  
DENBROGIVM *m*), SCHANNATVM *n*), HENSCHEN-  
NIVM *o*), LVNIGIVM *p*), MONACHVM WEINGAR-  
TENSEM *q*), PONTANVM *r*), MIRAEVM *s*), mul-  
toque

- a*) ILLVSTRIS ESTOR l.c. cap. 2. p. 125. lqq.
- b*) in Spicil. Litt. Tabul. Vet. p. 319.
- c*) in scripto Trophées de Brabant, p. 58.
- d*) in dem Reichs-Tags Theatro.
- e*) in Chron. Brunf. p. 318.
- f*) Annal. Ordin. Benedict. Tom. II. p. 700.
- g*) Cod. Diplom. Palat. p. 44.
- h*) Metrop. Salisb. Tom. III. p. 182.
- i*) in Antiq. Sanct. & Sen.
- j*) Reliq. MS. Tom. II. p. 267. & Tom. I. p. 5.
- l*) de Inf. Diff. inter S. R. I. Comites & Nobil. immed. p. 133.
- m*) p. 166.
- n*) Vind. Litter. Collect. 2. p. 113.
- o*) de Tribus Dagob. L. I. c. 5.
- p*) Teutsch. Reichs-Archiv, Part. Spec. Contin. 2. p. 499.
- q*) Chron. 798.
- r*) Hist. Geldr. I. 6. p. 144.
- s*) Oper. pag. 115.

toque cum iudicio collecta ab ILLVSTRI ESTORE <sup>t)</sup>, omniumque legere volentium conspectui exposita sunt.

## §. XLIX.

Cum fundis in genere essent olim homines ministeriales adscripti, (XLVIII.) eandem quoque propositionem de locis munitis, quippe etiam fundis, valere, nullum dubium est. Castro itaque fuerunt ministeriales, hoc est, milites praefidiarii, qui pro certo stipendio castri custodiā & defensionem in se suscipiebant <sup>a)</sup>, & ministeriales Feodati <sup>b)</sup>, Castrenses <sup>c)</sup>, Castellani <sup>d)</sup>, interdum ministeriales in specie <sup>e)</sup> dicti sunt.

Probatio  
dictorum.

## §. L.

<sup>t)</sup> l. c. pag. 172. ad 179.

<sup>a)</sup> Charta apud LUDEWIG. Reliq. MS. Tom. II. pag. 146. conf. quoque Deduction ob die Herren von Carben mit den edlen Herren von Hanau in Vergleichung zu stellen; nec non Libell. de Benef. §. 2. de Urbano beneficio. WALDSCHMID. von Burg - Frieden p. 13. BRVNNEQUELL. de feudo keminatec. §. 14. p. 15. sq. IOH. LIMNAEVS Not. Regni Gall. Parte altera Cap. 14. p. 361. sq. & qui primo loco nominandus erat III. ESTOR l. c. p. 181. sq.

<sup>b)</sup> MIRAEVS Not. Fcll. Belg. cap. 219. & BALVZIVS Coll. Act. Vet. T. II. p. 6c4.

<sup>c)</sup> Ut in der Stollberg. Deduction wegen Koenigstein, in ad-

dit. n. 2. in dem Bericht der Stadt Friedberg Doc. 2. LUNIGH Spicil. Secul. p. 382.

<sup>d)</sup> LIMNAEUS l. c. p. 361. qui confundi non debent cum inhabitatoribus quorumvis Castrorum & Castellarum, quos latinitas etiam, sed prorius alio sensu Castellanos & Castrenses dixit: nec cum ipsis Castrorum praefectis, qui propter excellentiam sunt Burggravi vel Castellani appellati. conf. IDEM p. 362. nec non Documenta rediv. monast. praecip. in Ducatu Wurtemb. sitor. p. 24.

<sup>e)</sup> vid. post WALDSCHMIDIVM Ill. ESTOR, ille in feudis castrensis p. 12. hic in ministerialibus pag. 181.

M 2

## §. L.

Hi ministeriales  
riales diffe-  
runt a ca-  
strenibus qui  
tenent ca-  
strum ut feu-  
dum, gar-  
diae causa.

*Ministeriales hi castrenses stipendum custodia a) castri  
merebantur (XLIX.). Ex quo discimus, hos ministeriales  
toto coelo differre ab iis, qui loco stipendii ca-  
stro donati, castrum adeoque gardiae vel gaſtaldiae  
causa accipiebant, atque militum reliquorum instar in  
bellum proficiscebantur b); qui & ipſi, sed alio sensu,  
ut Illustris E S T O R documentis probat, Caſtreſium, Burg-  
graviorum, & κατ' ιζωχην Caſtellorum nomine venerunt.*

## §. LI.

Ministeriales  
non semper  
in castro ha-  
bitant.

Quoniam officium ministerialium caſtreſium tan-  
tum in Caſtri custodia & defenſione conſiſtebat; (§.  
XLIX.) errant illi, qui hos omnes Caſtreſes semper  
Caſtri inhabitatores credunt, quod docent litterae a)  
*in der Beschreibung der Hanau-Münzenbergischen Landen:*  
Ich Heynrich und Wernher von Karbin Edel - Knechte - -  
so fall ich Wernher vorgenand - - des Edeln - - Ulrichs-  
Herren zu Hanauwe - - ingefetzten Burgmanne ſin zu  
Wunneken - - um den ſels und Wohnunge - - auch mack  
ich Heynrich vorgenannt, oder myns Lybes Lehins Erben,  
wonen und ſitzen wo wir wollen.

## §. LII.

a) PERILL. GVDENUS Codic. BRVNNQVELL. I. c.  
Diplom. 598.

b) Laudatus E S T O R l. c. a) Quas deprehendis apud Ill.

ESTOREM p. 183.

## §. LII.

Ex quibus omnibus patet, ministeriales castrenses Ministeriales in Placito securitatis tuendae causa locis munitis additos fuisse; quae habent ius scabinagii. cum non modo armata manu, sed etiam iustitia & legum adlicatione, ortis litibus, obtinetur; videmus rationem, cur hi *ministeriales* olim *placito* seu *Burgding* interessè debuerint. *Placitum* enim nihil aliud fuit, quam *iudicium*, quod & de arduis regni vel ditionis negotiis, & de litibus componendis & sententia ferenda, insti-tuebatur a *Domino castri*, vel ejus *Misso*, vel sub dicto vel ob iniuriam tempestatis in castro, loco quidem tecto a). Cui *Placito urbano*, *Burgding*, non modo interesse, sed etiam *iure scabinagii*, quo gaudebant, suffragia in eodem sua edere, sententiamque b) invenire tenebantur ministeriales.

## §. LIII.

Regula illa satis stabilita, (§. XLVIII. & XLIX.) Ministeriales sunt partes castrorum. quod nimirum ministeriales fundo *adscripti*, ejusdem fundi pertinentiae olim fuerint, dicit prono alveo conclusionem: Ergo *ministeriales castrenses* castrorum pertinentiarum partem faciunt; quam documenta sat multa insigniter corroborant,

a) Conf. CANGIVS VOCE *Placitum*, & g. BESOLD. Monum. Wurtemb. p. 28.

b) Libell. de benef. §. 2.

borant. Codicillus ARNOLDI, Archiepiscopi Moguntini anno 1157. etiamnum servatur, a) in quo dicit b):

Notum -- qualiter nos a quodam viro ingenuo, videlicet Heinrico filio Meinhardi Muliberc cuiusdam castris medietatem, Velinhausen nuncupati, cum ministerialibus, prediis, ceterisque ad ipsam medietatem pertinentibus in ius proprietatemque &c. & non multo post pergit Arnoldus in recensendis pertinentiis:

In recompensatione autem eiusdem predii, VI. mansos Dominicali nostro in Biltersleben attinentes &c.

Eodem modo Castrum quoddam Noviomagnum in Charta WILHELMI Comitis Hollandiae c) transfertur cum omni dominio, ministerialibus, servis, manumissis, agris & pastuis. Qui idem Comes WILHELMVS anno 1204. d) similiter omnes ministeriales, qui ad comitatum Hollandiae pertinere dicebantur, ecclesiae Traiectinae dedit. Ecclesiae Bremensi FRIDERICVS I. Castrum Stadii & Burgum cum ministerialibus & universis pertinentiis & omni iure suo contulit. e) Nec aliud volunt litterae illae apud POTGIESERVUM f) & post hunc apud Ill. ESTOREM g), verbis:

Duo oppida Sassenberg & Westenberg dictae ecclesiae pertinentia cum hominibus, terris & possessionibus & omnibus iuri-

a) ap. SCHANNAT. Vind. Litt. p. 186.  
Coll. 2. p. 4. & Perill. GVDEN,

Cod. Diplom. pag. 227.

b) Conf. Ill. ESTOR l. c. pag. 186.

c) De qua vide Dn. ESTOREM

d) ap. EVND. l. c.

e) ap. EVND. l. c.

f) de Nat. & Ind. pignor. p. 161.

g) p. 186.

iuribus pro septingentis marcis denariorum apud Corbecke  
& Medebecke legalium, ecclesiasticis beneficiis & ministeria-  
libus duntaxat exceptis.

Sienim ministeriales non essent pertinentiae Castrorum, non  
opus fuisset, ut in his litteris exciperentur. Quod si ve-  
ro etiam nulla extaret charta, nullum Diploma quod  
de ministerialibus sive castrensis ut de pertinentibus Castrorum  
testaretur; res ipsa foret locutura. Cum enim mini-  
steriales simul cum castris alienarentur, atque in succe-  
sores tam universales quam particulares cum iisdem  
transirent, quod magna monumentorum farragine fae-  
pe laudatus ESTOR in singulis fere paginis doctissimi  
operis de Ministerialibus, WALDSCHMIDIVS in differen-  
tiatione de feudo Castrensi, BVCHELIVS b), Cel. RIC-  
CIVS i) aliquie, in clarissima luce collocarunt; ministe-  
riales Castrenses inter Castrorum pertinentias locum non oc-  
cupare non potuerunt. Quare recte se habet nota WI-  
GVLEI HVNDII quam videoas apud HERTIVM k): dass  
vor Jahren geist- und weltliche Fürsten, Grafen, Praelaten,  
Herren die Ministeriales mit den Graf- und Herrschaften,  
dazu sie gar gewiedmet werden, verkauffet und übergeben.

## §. LIV.

b) ad HEDAM pag. 208.

i) vom Landäffigen Adel cap. 179.  
24. §. 4.

k) de hominibus propriis p.

## §. LIV.

Nec non  
liberi.

Quod vero, quoniam *Ministeriales* ad Castrum per-tinentes servilis conditionis (§. XLVIII.) erant <sup>a)</sup>, liberi meliorem non experti fortem fuerint, sed pertinentias Castrorum auxerint, extra dubitandi rationem idem DN. ESTOR posuit; ut adeo id sigillatim persequi volentes, actum acturi essemus.

## §. LV.

An ministeriales sint  
Vassalli? &  
quals?

Quamvis certum sit (§. XL.), *ministeriales* castris ad-pendicatos, infeodatos, adeoque vasallos fuisse, ut hinc nobis placere simpliciter non possit opinio MARQYARDI FREHERI, quam ad PETRVM DE ANDLO <sup>a)</sup> profert: *Ministeriales*, enim ait hic vir doctissimus, „ diversum „ quod a vasallis esse semper putavi re & nomine, prout „ in antiquis instrumentis separari solent, verbi gratia: „ cometiam cum castris & munitionibus fidelibus, va-„ fallis, ministerialibus - - & in teutonio, fideles „ Mann- und Lehn-Leute, ministeriales Dienst-Leute ver-„ tuntur; „ attamen omnes eos vasallos, eorumque feudum nobile fuisse, probari neutiquam potest.

## §. LVI.

<sup>a)</sup> Quos vocat ILLVSTR. E-  
STOR l.c. *servos anomalous.*

<sup>a)</sup> de Imper. rom. p. 210. Sen-tentiam ILL. ESTORIS vide in ejus Ministerialibus p. 182.

## §. LVI.

Insignis olim *adpendix* seu *pertinentia* Fisci erat *bannus a.* (§. XXIX.). Hae ipsae *curtes*, hi *fisci* partim semper simul *Castra* fuerunt, partim *Castra*, cum munitentur, facta sunt (§. XXXIV.); ut tandem nulla curta nisi munita & *Castrum* extiterit. Ergo castrorum pertinentiis *bannus* imprimis adnumerandus est.

Pertinentia  
Castris &  
Bannus.

## §. LVII.

Incredulus hac nostra demonstratione, licet aucto- Quod pro  
ritate historica fulta & undique munita, non tamen ad- batur,  
quiescet, sed plura, quae ejus veritatem detegant pri-  
mo statim intuitu, desiderabit. Satis faciemus huic,  
& abunde quidem. Totum terrarum & jurium suorum,  
quae ipse tanquam principi competere unquam possent,  
ambitum expressit quatuor *castrorum*, nempe BRVNS-  
WIC, LVNEBURG, LOWENBURG, & HALDESLEVE,  
nomine, cum *pertinentiis*, HENRICVS LEO, & inter  
Tres filios suos divisit (XLII.). Nemo certe est in tan-  
ta rerum clarissimarum ignorantia, ut dubitet, quin  
HENRICVS LEO in suis ducatis *bannum* habuerit. At  
vero ducatus ejus erant pertinentiae *castrorum*, quae

no-

a) Charta *Ottonis* apud SCHAN- p. 20. & Charta *Ottonis* II. an.  
NAT. Cod. Prob. hist. Worm. 973. ap. EVND. p. 23.

N

nominavit in testamento suo, uti modo monstratum est. Ergo bannus ad pertinentias castrorum spectat.

## §. LVIII.

Bannus in-  
volvit omni-  
modam iu-  
risdictionem Si verum est, quod olim *curti* seu *fifco* bannus in to-  
tam ditionem competierit; (§. XXIX.) bannus vero co-  
mnem iurisdictionem, jus gladii & quavis ratione pu-  
niendi coercendive complectatur (§. XXX.): conse-  
quens est (§. LVI.), ut bannus sit pertinentia castri, &  
omnem omnino iurisdictionem indigit.

## §. LIX.

Quod pro-  
batur. Hoc quo fiat magis ad credendum, rem paulo al-  
tius repetamus, & illud, quod supra de banno quoad:  
curtem diximus, in castris quoque valere, probatum  
ibimus. Reges, Principes, Comites, & reliqui castro-  
rum domini aut extra muros aut intra muros castri pla-  
citabant (§. LII.) seu placitum habebant, quod omnes  
jurisdictionis species concernebat. Hoc iudicium va-  
riis nominibus exprimitur, quae sequuntur: 1.) *Burg-*  
*ding*: *Burg* etenim & *Schloß*, *Ding*, vero & *Gericht*, idem  
significant. 2.) *Magna potestas*. 3.) *Burgban*, quod  
ipsum caesareum probat diploma a) anni MCL. in quo  
verba leguntur:

Ut

a) Apud PAVLINVM de Advocacia Monast. §. 14. p. 120.

Ut eam potestatem vulgari nomine appellarunt Burckbahn,  
& secundum morem alicujus magnae potestatis saepe infra  
muros placitaret. Et hujusmodi placita *Burckding* appellab-  
bant.

4.) *Magnus bannus* b). 5.) *Magnum placitum* c). 6.) *Ma-  
xima* d) *confuetudo placitorum*. 7.) *Geschlossenes Gericht* e).  
Quae omnia eandem notionem habent cum *placitis* in  
causis majoribus, *Landgericht*, *Centgericht*, placito sub  
banno regio, urbali banno, & quae sunt id genus alia.  
Quod igitur placitum domini castri, quod habebat  
convocatis ad id Scabinis, qui erant *ministeriales caffen-  
ses*, *Burgleute*, etiam omnigenam iurisdictionem com-  
prehendat, eo minus dubitare possumus, quo certius  
conflat, placitum interdum magis quam iurisdictionem  
denotasse. Sed potest hoc aliis quoque modis proba-  
ri: etenim *magna potestas*, *magnum placitum* intelligitur.  
itidem ex formula *in Veflen und Dorf*, quae in ipsa Ca-  
mera imperiali pro iurisdictione castro adhaerente ac-  
cipitur, quod b. DE LVDOLF f) testatur, penes quem  
habe-

b) *Charta Adalberonis III.* a.  
ac 65. apud MIRAEVM op. Dipl.

p. 62.

c) *Script. Rer. Bruns.* apud  
LEIBNIT. T. I. p. 862.

d) *Charta Henrici Leonis* apud  
RETHIMEYERVM Chron. Bruns.  
p. 334.

e) *Constit. Georgii I. Reg.* d.  
16. Aug. 1723 de qua denomina-  
tione mox plura dicemus.

f) vid. *Responsum in causa  
Vallendar*, ap. LVDOLF. Symph.  
Tom. III. Part. II. p. 157. & 164.  
n. 387.

N 2

habetur: „Cum castro illi Vallendar iurisdictio cohae-  
 „reat, ac in eo exerceri solita sit in totum hoc terri-  
 „torium, concessso castro, ETIAMSI NIHIL AM-  
 „PLIVS DICTVM FVISSET, utique etiam omnis il-  
 „la iurisdictio concessa intelligeretur, adeoque etiam  
 „MERVM ET MIXTVM IMPERIVM. Ideoque cum  
 „per verba: *Vesle und Dorf*, ipsa IURISDICTIO, &  
 „QVIDEM OMNIMODA, satis expressa videatur &c.,  
 Quid? quod in veteribus Diplomatibus saepissime loco  
*banni* ipsa iurisdictio ponatur (§. XL.).

## §. LX.

Bannus ex-  
 preſſe reſer-  
 tur inter  
 pertinentias  
 caſtri.

Non igitur ſolum *bannus* notavit omnimodam iu-  
 rificationem, fed etiam cum hac ad pertinentias Ca-  
 ſtrorum relatus eſt (§. XL.), id quod inter multa alia  
 documenta probant Chartae LVDOVICI BAVARI anno  
 MCCCXXIII. a), & Charta Reinoldi Archiepifcopi Colo-  
 niensis anno MCLXVI. b). de quibus omnibus ſupra, ubi  
 de pertinentiis Caſtrorum in genere fermo erat, aetum  
 jam eſt.

## §. LXI.

Quaedam  
 principia co-  
 gnoscendi  
 pertinentias  
 caſtri gene-  
 ralia.

Ante ad reliquas caſtrorum pertinentias quam acce-  
 damus, necesse eſt, ut de omnibus pertinentiis caſtri  
 reli-

a) ap. LVNIGIVM Corp. Jur. Feud. T. I. p. 1077. & 925. b) ap. HERTIVM de superior.  
 Territ. §. 8.



reliquis quaedam principia generalia praemittamus. Si ergo negari non potest, quod quaedam curtes & palatia simul originetenus fuerint Castra, quaedam vero postea demum in loca munita, uti urbes, castella, *Schlüsse* &c. excreverint, (§. XXXIV. & LVI.) ut tandem omnes curtes simul castra factae sint; prono alveo fluit, cuiuslibet castri pertinentias ex ipsius ditionis, districtus & territorii, cuius caput est, inde debere aestimari. Nam cum olim Reges, Episcopi, Abbates, Principes seculares, Comites, Dynastae aliquique Homines Franci, curtes, villas, vicos, palatia regalia, curtes dominicas, curtes stabuli, haberent, nec non ditiones Fisci in maiores & minores dividerentur; nemo non videt, a pertinentiis unius castri ad pertinentias alterius minime semper consequentiam valere, quoniam pro ratione domini castri, & Fisci conditione uni castro quam alteri plures esse pertinentiae poterant, id quod mox exemplis illustrabitur. Enim vero, uti ex superioribus iam constat, plerumque pertinentiae castri constituerunt in complexu regalium iurium, quae vocantur minora, quae curtibus adhaeserunt; adeoque *pertinens* castri est illud, quo semper gavisum fuit. Accedit & hoc, quod *Castra* fuerint sedes seu *residentiae* dominorum, quodque curtes stabuli & principales simul fuerint: quod Dominus Castri, aut rex, aut ministerialis ma-

N 3

ris



ris ordinis regni, aut alias vir nobilis, villarum plerumque etiam minorum, curtiumque castro subiectarum fuerit possessio: quod praeter curiam feudalem, milites & ministeriales, castro adiuncta ut plurimum alia magna iura, veluti Telonea, mercatus, urbanum bannum, exerceri ad Castrum solerent. Ex quibus omnibus iam formanda erit propositio: *Pertinentiae castris sunt ea regalia minora quae castro constanter insunt.* Constanter vero castro inesse dicuntur nobis illa, quae a prima origine semper in castro tanquam pertinentiae exerceri solita, & cum ipsis castris alienata sunt. Recensum itaque instituentes pertinentiarum castris, non sumus intelligendi, ac si omnes pertinentias a nobis recensitas cuilibet castro competuisse credamus; id modo dicimus, *praeter ministeriales & iurisdictionem,* (has duas enim omnium & singulorum castrorum pertinentias semper fuisse, partim iam patet, partim infra magis patet), *regalia minora, nunc pauca nunc plura ex recentis a nobis, castro tanquam pertinentias insuisse,* quorum qualitas & numerus, prout exerceri solebant, in quovis castris individuo aestimari debeat.

## §. LXII.

Pertinentia  
castris est o-  
mne ius do-  
mini in di-  
strictu castri.

Quia Curtis & Castrum pari passu ambulant, (§.  
XXVIII. §. XXXIV.) & curtis pertinens sicut tota ditio-  
fisci

fisci, totus fiscus, (§. XXVII. §. XXVIII. §. XXIX.) qui erat omne ius domini in ditione; (§. XXVII.) tutissime nunc concluditur: *Pertinentias castri constitueret quicquid iuris in districtu castro subiecto habet.*

## §. LXIII.

Ipse igitur districtus, cuius caput Castrum aliquod est, ad pertinentiam castri spectat. Provocare iterum liceat ad testamentum HENRICI LEONIS, (§. XLII.) in quo integros Ducatus ut Castri pertinentias interfilios distribuit: Nec non olim Castrorum fisci Episcopatus Paderbornensis (§. XXXIII.) districtus omnes a) pertinentium seu pertinentiarum nomine innotescunt. Quid igitur pertinentiae castrorum Quedlinburg, Poelde, Northausen, Grone, atque Duderstat in pracepto Henrici Regis, b) (haec enim sunt Quiblingaburg, Palithi, Northuse, Gronau, Duderstete cum civitatibus & omnibus ad predicta loca pertinentibus) sibi velint, scimus.

## §. LXIV.

Quoniam tota ditione fisci, totus districtus, totum castri territorium faciunt etiam castri pertinentiam (lxiii.) quicquid urbium, minorum curtium castro subiectarum, villa-

Et omnes loci, ut curtes minores, urbes, pagi, molendinae in castri territorio.

a) in Vita Meinwerci p. 563.

b) ap. LEUCKFELD. in Antiq. Poeldeniibus.

pagorum, casarum, in eiusmodi districtu situm est, nisi nominatim a iure pertinendi ad castrum sit exemptum, inter castri pertinentias connumerandum est. Ita olim castrum *Vorde* in *Chronico Bremensi* a) pertinentias inter suas, *ipsum oppidum, pagos & molendina* in suo districtu sita, habuit. Ut vero demonstrandae huius veritatis subsidia aliunde conqueriramus, non est necesse, vicinia siquidem nostra nobis eorum sufficientissima praeberet. Palatium, & curtem regalem *GRONE* putamus, qui locus, olim munitus, insignibus gaudebat pertinentiis adeoque Castrum erat. Districetus seu ditio hujus castri, quae *Logni, Lugni* appellabatur, longissime patet, id quod ex ejus pertinentiis, a Dominis hujus castri variis temporibus alienatis, videre licet; quarum potissimum fuerunt: *Sablen, Hemelion, S. Hemeln, praefectura Mündensis b), Salinae regiae c), Wizzereshusen & Manisi, Peransusen, Livetingeshusen, Ertheleveshusen, Lengleron, Rodereshusen, Hattichusen d), villa Westalmeshusen e), villa Gemmel f)*, curtis *Gardenebicki* cum pertinenti-

a) ap. LEIBNIT. Script. Bruns. T. II. p. 264.

b) Charta Ludov. A. 834. apud SCHATENIVM Tom. I. Annal. p. 78.

c) Diplom. an. 834. ap. Eund. l. c.

d) Charta Ottonis Anno 990. apud HAHN. Hist. Gandersheim. p. 635.

e) Charta Otton. III. anno 997.

f) Charta Henrici II. a. 1016.

nentiis, nunc *Mollenfeld*, *Ludolfeshausen* g), *Schidun* b), *Wenetke* i). Eodem modo ad castrum *Coliditz* viginti villaे ut pertinentiae spectarunt, quod extra dubium ponit ipsum *Diploma FRIDERICI I. Imperatoris*, anni 1117. per quod cum pertinentiarum castrorum doctrina infingem accipiat lucem, culpandi iure effemus, nisi lectori ejus legendi copiam faceremus. Enigitur verba Imperatoris:

In nomine sanctae & individuae Trinitatis, Fredericus, divinae favente clementia Romanorum Imperator & semper Augustus: quanquam rerum commutatio ex ipsa corporali traditione possit firma confistere, ut ea, quae legaliter geruntur, nulla valeant refragatione convelli, neque tamen possit esse contradendi vel commutandi dubietas, Nostra debet intervere Imperialis auctoritas; notum sit ergo omnibus, tam futuris quam praesentibus Christi imperio nostri fidelibus, qualiter dilectissimus Nepos noster Henricus illiusfris Bavariae & Saxonie Dux, haereditatem uxoris suae Clementiae, quam habebat in Suevia, castrum videlicet Baden & centum ministriales, & quingentos mansos, nobis in proprium contradidit, hac videlicet ratione, ut nos quaedam Regni praedia, ex vicinitate sibi magis competentia, proprietatis donatione in eum

con-

ap. HOFMANN. Antiq. Hildes. p. 70.

b) Charta Henr. III. an. 1046.

i) Charta Henrici IV. a. 1064.

g) Charta Conradi Imp. a. 1032. ap. LINDENBROG. in privil. Ham-  
apud SCHATEN. Annal. Tom. I. burg. n. 28. p. 142.  
p. 438.

O

conferreimus. Verum quia Imperatoriae Majestatis est, Rem-publicam semper augere, & nunquam alienus rei, vel persona gratia, vel in aliquo munere<sup>3</sup>; tam ex concilio, quam ex judicio principum Alberto Marchione fententiam promulgante & coeteris principibus collaudantibus, quaedam allodia nostra, quae a Comite Radobone tum per paternam haereditatem nostram, tum per pecuniam non parvam comparavimus in ius & proprietatem regni legitime, ut aliqua de prediis imperii in praedictum carissimum nepotem nostrum licentius transfundere possemus. Et itaque praedia, quae nos regno contulimus, propriis duximus exprimenda vocabulis: Castrum videlicet Liznech, cum beneficio Henrici Burggravii & cum omnibus redditibus sibi pertinentibus: Castrum Colidiz & l'hemoneum ministerialeum cum liberis suis & cum omnibus praediis & beneficiis suis, quorum summa in XX. Villis: munitionem quoque Luzech & forum, cum caeteris redditibus attinentibus: curtem Zolem cum foro, & coeteri redditus ad illum pertinentes: Montem Glizberg & redditus ad illum pertinentes: Montem Gonzege, Castrum Moringen cum redditibus sibi attinentibus. Collatis itaque his praediis regno, sicut praedictum est, ex consilio & iudicio principum, pro his iure concordia ademimus regno praedia haec, & dilectissimo nepoti nostro Henrico Duci Bavariae & Saxoniae in proprium perpetualiter tradidimus: Castrum videlicet Hirtzesberck & Castrum Schartfeldt: Curtem quoque Potede cum omnibus pertinentiis suis: praeter Wildpan, quae in Foresto Hartz a nobis in beneficio habet: Adelhardum quoque de Burchdorff,

pro-

DE CASTRI PERTINENTIIS.

107

pro quo superius Temonem de Colidiz regno contulimus, eisdem nepoti nostro cum liberis & allodio & Beneficio, quod a regno habet, tradidimus. Ut autem haec nostra traditio & commutatio nobis & imperio, nec non iam saepedicto Nepoti nostro, perenni stabilitate firma semper & incensu permaneat; praesentem inde paginam conscribi & aurea Bulla nostra signari iussimus, annotato signi nostri Caractere, & adhibitis idoneis testibus, quorum nomina haec sunt: Wicmannus Madeburgensis Archiepiscopus, Hartwicus Bremenius Archiepiscopus, Bruno Hildesheimensis Episcopus, Albertus Marchio, Fredericus Dux Suevorum, Dedericus Marchio, Fredericus Palatinus Comes de Wittemesbach & frater ejus Otto junior, Fredericus Palatinus Comes Summereichbach, Comes Henricus Wittin, Comes Otto de Rabensberch, Florentius Comes Hollandiae, Comes Bertolfs de Andessé, Comes Poppo de Blanckenburch & filii sui, Cunradus & Sigefridus, Ludolfus de Dascle, frater Cancellarii Marquardus de Grambach, Luitardus de Meinersheim, Henricus de Weda, Lupboldus de Hertzberch.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Reinaldus Cancellarius vice Arnoldi Moguntini Archiepiscopi, & Archicancellarii imperii. Datum Goslariae Kl. Jan. Indict. VI. Anno Dominicæ incarnationis MCXVII. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore gloricissimo anno Regni VI. Imperii III.

O 2

§. LXV.

## §. LXV.

Pertinentiae  
castrorum  
sunt quoque  
mansus: qui  
describun-  
tur,

Versamur in enumerandis castri pertinentiis circa fundos; hinc mentio mansorum seu mansuum quoque facienda est. Mansus vel mansa aut etiam mansum licet olim & villam cum locis & curiam coloniamque significaverit saepe; tamen, ubi de castris sermo est, notat certum agri modum, qui XII. iugeribus terrae constituit a). Fundus vero, qui aut sex agri iugeribus, aut minore quam par erat, iugerum numero constabat, mansus dimidiis appellatione veniebat b); quo faciunt loca sequentia: De ecclesia illius Presbyteri vestri tulerunt dimidium mansum & dimidiam decimam c). Et: Quicquid etiam super tria mansa & dimidium in ipsa villa inventum est d). Porro:

In pago quoque Carnotensi dedimus Ecclesiam, quae dicitur Immonis villa, cum g. mansis & dimidio e).

Nec non:

Obtulit & ipse ad eundem locum in Scagen sex mansos, in Haregon undecim mansos, & quartam partem mansus, (i. e. mansi unius) in Wimnen mansum & dimidium f).

Inde facile intelligitur, quid sint mansus dominici seu in domini-

a) Conf. Monachi ad CANGIVM voce: mansus.

b) CANGIVS l. v.

c) Ap. TROTHARIVM Episcop. Tullensem Epist. 7.

d) Chron. Besuense p. 584.

e) Charta Ragenfredi Episc. Carnot. an. 954.

f) Charta THEODORICI V. Co- mit. Holland. a. 1083. ap. MRAEVN T. I. p. 71.

*dominicati, mansum regale, mansus Caminatae seu Cameræ, mansus ecclesiastici, Presbyterales, MANSVS FISCALES, hereditarii mansi, ingenuiles & serviles s. Lidiales, a suis cultoribus aut ingenuis aut servis, ita dicti; mansus censu- fiales, mansi equitum, mansi nudi & non nudi seu laborati : quae omnia in Diplomatibus, praesertim castra & curtes concernentibus, passim obvia deprehenduntur. Hos mansus, hos agrorum modos, suisse quoque castrorum pertinentias, praeter Diploma FRIDERICI I. Imperatoris in paragrapho proxime antecedente productum, in quo sunt verba: Baden & centum ministeriales & quingentos mansos; multae alias ostendunt chartæ, quarum, ne lectorem sine probatione nova dimittamus, quasdam afferemus. Primum occupet locum Charta HENRICI IV. g):*

X. mansos de Curte nostra nomine Grona, fitos in locis Hattingehufen, unum Hattenhufen, IV. Sconingen, III. ad Albrechtzhufen, II. in comitatu Henrici - - cum mancipiis nostris eosdem mansos habentibus & omnibus appendiciis &c. Annumerantur quoque pertinentiis castri *Grone* mansus ab OTTONE in Diplomate anni 952. b)

In Herste Ecclesiam, & septem mansus in Lengede; sex mansus in Popsum, sex mansos in Grone, Capellam regalem & quinque mansus in Göttingen, eccleiam & telonium.

Plura.

g) apud LEUCKFELD. Antiq. b) apud MADERUM Antiq.  
Poeldeni. append. 4. p. 279. Bruns. p. 109.

O 3

Plura de mansis castri pertinentiis Tibi, lector, Collectiones Diplomatū dabunt: quaedam vero occurrere quoque in Vita *Meinwerti* i), ac in excerptis ex Monasterii S. Michaēlis Hildesemensis necrologio k), anīmadvertis. Non etiam praetermittenda sunt: *Charta ADEBERTI Archiepiscopi Moguntini Annī MCXXX. l)* in qua, quae hoc faciunt, verba extant:

Quisquis igitur ministerialium mansum tenuerit integrum prō dimidio, Domino Preposito serviat, pro parte reliqua in festo S. Martini predictis Canonicis annuatim duas uncias per solvat. Si vero mansus unus inter plures distributus fuerit, unusquisque pro parte sua respondeat; Hoc semper proviso, ut due Uncie, sicut diximus, fratribus pro dimidio referantur, & pro reliquo dimidio Dno preposito serviantur.

Annotatio ARNONIS Episcopi m):

Tradidit imprimis Theodebertus Dux in pago -- villam cum mansis XXX. inter vescitos & absos & exercitales viros, & quod ad eandem villam pertinet.

Diploma LVDOVICI PII n):

Curtem dominicatam cum mansis letalibus & servilibus.

Historia Novientensis Monasterii o), ubi:

In Salza curtis dominica cum omnibus appenditiis suis, Ecclesia

i) apud LEIBNITIUM Script. Bruns. Tom. I. p. 519.

m) ap. CANISIVM antiq. Leid. Tom. II. p. 493.

k) ap. EVND. Tom. II. p. 103.

n) ap. CHAPEAULLVM Tom. I. Hist. Leod. p. 148.

l) ap. PERILL. GVDENVM Cod. Diplom. Diplomata 33. p. 9t.

o) ap. MARTENE Anecd. Tom. III. p. 1131.

DE CASTRI PERTINENTIIS.

III

eclesia videlicet matrice cum decimis suis, Mansus censuales atque serviles, agri cum vineis ac pratis, curtes cum curtifi- ciis, familia ministerialis servilis & censualis.

Tabularium Bellilocensis Abbat. p) in quo :

Curtem meam indominicatam cum bachalariis indominicatis & mansis servilibus.

Charta anno 996. q):

Cum Ecclesia omniq[ue] ejus decimatione, & casa dominicali, eum 12. mansis ingenuilibus & 20. servilibus ad eam pertinen- tibus.

Cui volupe est plura huius rei testimonia nosse, adeat *Thesaurum Gudenianum r)*, in quo multa de mansis in- signia documenta recondita inveniet.

§. LXVI.

Nimis longi futuri essemus, si omnes pertinentia- rum species, quae castrorum fuisse animadvertisimus, si- gillatim retractare vellemus, quippe quae pro ratione domini & conditionis ipsius castrorum variae fuerunt; adeo- que singulæ enumerari vix queunt, quia in dies novae poterant fieri. Charakter igitur & criterium pertinentiarum castrorum stabiliendum esse videtur universale, quo duce pertinentias ipsas castrorum cognoscere possimus.

Ante

p) de quo loco vide CANGIVS  
GIVM voce: *Manfi.*

r) Velut pag. 120. p. 374. 376.  
p. 151. p. 227. p. 126. p. 474. p.  
158. p. 195. p. 125.

q) in Probat. Hist. Luxemb.

p. 9. de qua conf. CANGIVS h. v.

Vitatis-  
mae formu-  
lae, quibus  
exprimum-  
tur perti-  
nentiae ca-  
strorum.

Ante vero paucas quasdam formulas, quibus mentio fieri & enumeratio pertinentiarum castri in chartis solet, & quae nobis simul viam ad illa criteria & principia cognoscendi sternere valent, protrahamus necesse est. De *Castro Grone extat formula in Charta donationis HENRICI IV. a)*:

Grone, -- cum mancipiis nostris eodem manlos b) habentibus, & omnibus appendiciis, i. e. arcis, aedificiis, campis, sylvis, pratis, vineis, aquis, aquarum decursibus, molinis, molendinis, pescationibus, venationibus, exitibus & redditibus, viis & inviis, quaesitius & inquirendis, seu omni utilitate, quae ulla modo inde provenire potest, in proprium dedimus.

Alius est tenor formularum in *Diplomate HENRICI LATINI anno MCCIII. scilicet:*

Haec autem est pars, quae fratrem nostrum Wilhelmum contigit: Luneborch & tota Provincia a Luneborch usque ad flumen Sevena, & ab eo loco ut Sevena influit Albiam, quicquid est ultra Albiam usque ad Mare & usque ad Slaviam proprietatis, & citra Albiam & ab eo loco ubi Sevena. Proprius est Daulo usque Daulo, & a Daulo usque Witinghe, a Witinghe vero usque Swibecke, a Swibecke usque Wadenberge, a Wadenberge usque Wagerslebe usque in montem qui dicitur Hartz & Reynbecke: omnes termini praedicti parti Wilhelmi cel-

a) apud LEUCKFELD. l. c.      Albrechtshusen, II. in Comitatutu

b) nempe in Hattinghusen u-  
num, IV. Scioningen, III. ad

DE CASTRI PERTINENTIIS. 113

cesserunt. Quicquid autem proprietatis est a terminis praeditis versus orientem, WILHELMI est. Haec sunt nomina urbium: Leuwenberch, Blanckenburg, Regenstein, Heymenburch, Hidesackere, Dalenburch, Berche, Lichouwe, Dannenberch, Brome & Nienwalde. Praeterea omnis proprietas tota in Nendorp, & omnes ministeriales qui infra istos terminos commorantur, praeter Jordanem & Jurazium & Annonem. Haec omnia cesserunt parti WILHELMI & suis heredibus in ius proprietatis &c.

Finem formularum, quibus pertinentiae castrorum exprimi solebant, faciamus *copiae privilegii de Stadio e)*:

Philippus Secundus divina favente clementia Romanorum semper Augustus - - Quapropter notum facimus universis - - quod nos castrum Stadii cum Comitatu & universis pertinentiis suis - - Nos igitur feliciter & juste - - praedictum Castrum Stadii cum Comitatu & omnibus pertinentiis suis eccliae Bremensi perpetuo iure possidenda confirmamus.

§. LXVII.

Quilibet locus munitus vi vocis est Castrum (§. Curtes munitiones castra XVII. XVIII. & XIX.); adeoque quilibet locus, dum sunt, munitur, in sensu latissimo & grammaticaliter fit castrum (XLIII.). Simulac vero ejusmodi castrum accipit pertinentias, fit castrum in sensu iuridico & speciali, quam notionem haec tenus firmavimus. §. LXVIII.

e) Quod deprehenditur in TIVM Script. Brunf. Tom. II. Chron. Bremensi apud LEIBNI. p. 271.

P

## §. LXVIII.

**Curtes munitae castra fuit.** Curtes fuerunt loci muniti (§. xxxiv.), quorum pertinentiae ditio cum ipso fisco erat (§. xxviii. usque ad §. xxxiv.). Consequens igitur est, *curtes munitas Castra fuissent.*

## §. LXIX.

**Quorum pertinentias facit fiscus.** Quoniam itaque constat, quod curtes munitae castra sint, (lxviii.) castrorum vero essentiam constituant ipsorum pertinentiae, (§. xl. xli. xlii.) quarum nomine intuitu curtium totus fiscus ditionis, cuius caput curtis est, venit (§. xxviii. xxix.); conclusio iam sponte fluit, *castrum, quod est curtis, essentiam in ipso fisco consistere.* Hinc etiam procul dubio *appellatio castrum, quod simul est curtis, totum fiscum tanquam pertinentiam suam complectatur necessaria est.*

## §. LXX.

**Et quidem quilibet sua tantum curtis pertinet.** Si, quod negari nequit, appellatione castrum a), quod simul curtis est, absolvitur totus fiscus, cuius caput castrum eminet; fieri quoque non potest, ut dubitanteriam, dum sit, quin, praeter ministeriales & bannum & ipsam ditionem & urbes & pagos in ea fitos, omne illud, quod referri unquam ad fiscum curtis potest, partem quoque pertinentiarum ejusmodi castrum faciat. Quia vero

a) Exempli loco Recessus anno 1512.

vero in una ditione plura fisci iura esse possunt, quam in altera (xliii.); quilibet facile videt, non omnia omnino, quae dominus castri in reliquis suis fisci ditionibus habet, iura & commoda inter castri pertinentias semper posse locum invenire. Ergo licet in genere ad *ius regium*, ad *dominium regium*, paucis ad *fiscum*, e. gr. monetandi ius spectet; (§. xxix.) attamen monetam omnium & singulorum castrorum, quae curtes sunt, pertinentiis adnumerandam esse, qui eo procederet temeritatis, ut affirmet, nemo facile erit. Ea igitur iura, quae in ditione fisci sunt, castri tantum inter pertinentias connumerabuntur.

## §. LXXI.

Dari in Germania etiam castra, quamvis paucissima, Pertinentiae quaequam  
int com-  
quae nunquam curtes fuerunt, hoc est, loci muniti munes om-  
nibus castris.  
qui non ditionis fisci capita extiterunt, licet in dubium non sit vocandum; (§. xlviij.) eis tamen pertinentias nemo denegabit, qui ex Chartis veteribus didicit, nullum suisse castrum tam exiguum, in cuius descriptione non simul facta sit mentio ejus pertinentiarum; neque ignorat, causam omnium castrorum, nempe securitatem, ministeriales, qui ipsi fuerunt pertinentiae Castri, (xliiij. l. li. lii.) exigisse, cuius non minus juris dictio omnimoda sequela fuit (lii. & liiij.) necessaria,

P 2

quae

quae ex placito urbano, banno urbano, Burgding tanquam suo fonte limpidissimo fluxit. Placitum enim omnes castrorum dominos exercuisse aut in ipso Castro aut extra Castrum munimina, supra probavimus.

### §. LXXII.

Regulae IV. Ex quibus omnibus sequentes nascuntur propositiones pertinentiales cuiuslibet nes: I.) Pertinentia castris, simul curtis, est totus fiscus illius castris inveniens cuius caput Castrum eminet. II.) Castrum quod nunquam curtis fuit, praeter ministeriales & bannum, pertinentias habet omnia illa jura, quae ad castrum exerceri solita sunt. III.) Pertinentiae castrorum non ex aliis castris quibusvis, sed ex conditione ipsius castris de quo quaestio est, & more regionis in quo castrum jacet, & juribus ipsis ad castrum exerceri solitis determinandas sunt a). IV.) Historia castris ad determinandas ejus pertinentias plurimum confert.

### §. LXXIII.

a) Hinc in alienationibus castrorum formula non infrequens est, qua omnia iura ad castrum exerceri solita, & reliqua ad castrum attinentia, tanquam castris pertinentiae transferuntur. Exemplum est in Litteris inventurae quibus castrum Bredenbeck in feudum conceditur, an. 1506. wy Johana - Bischuppe to Hildensen, dat wy belehnet hebben unde belehnen, gegenwördiglich -

Hinricke Kuiggen alse den eldeßten unter synen Brodern, to eynem Echten erue Manlebne mit dem ganzen Schlate Bredenbecke, mit dem Kothen de davor stan, unde fort mit dem Acker, Wischen, Weyden, Holten, unde allen andern Rechticheiden unde tobelorungen, alse to dem Vorbe Stote Bredenbecke, to behrich sin, wo men de benomen unde sick der gebrucken mach, nichts ub bescheiden - -

## §. LXXXIII.

Satis a nobis probatum est, & quod faciant castrum  
essentiam, & quod castrum nomine pertinentiae illius ve-  
niant. Fiscus autem est pertinentia castrum quod curtis  
audit. Consequens igitur est, ut in alienatione castrum  
ejusmodi, solo castrum nomine expresso, cum ipso ca-  
stro alienatus sit omnis fiscus proxime ante alienatio-  
nem ad castrum spectans; cuius rei exempla ex superio-  
ribus paragraphis permulta repeti possunt. Nec non  
exinde quoque constat, alienato castro, quod non si-  
mul curtis est, non addita pertinentiarum mentione, quod  
omnia iura ibi exerceri solita, una cum illo alienata esse  
censenda sint.

## §. LXXXIV.

Quoniam simplicitas Germanica, omnis artis ra-  
bularum nescia, morem tenaciter servavit, ut in tra-  
ditione castrum *a)*, quaedam castrum nominarentur atti-  
nentia, reliqua vero uno pertinentiarum nomine indica-  
rentur; translato castro, nominatis quibusdam iurium  
appendicibus, reliquis nomine pertinentiarum con-  
prehensis, omnes castrum pertinentias quoque translatas  
esse, non minus iam patet.

## §. LXXXV.

*a)* III. BÖHMER. Consult. Vol. II. p. 279.

## §. LXXV.

Conclusio  
secunda,

Quod si ergo alienans castrum, quasdam pertinentiarum species exprefserit, quasdam vero omiferit, neque clausulam generalem, nempe vocem *pertinentiarum* subiunxerit; fine dubio pertinentiae tantum eae cum castro alienatae sunt, quas alienans suis nominibus descriptis.

## §. LXXVI.

Conclusio  
tertia,

*Castrum* itaque cum *pertinentiis* in genere alienato, transferunt sine ulla exceptione omnes in novum possessorem castrum pertinentiae. Quae res illustrabitur *Recensu principali* anni 1512, vi eius recognoscitur castrum Adelevesen tanquam feudum oblatum, cuius verba hoc spectantia sunt:

Des schullen wedderumb de fulven von Adelevesen tho dem Sloitte Adelevesen mit ohren Thobehörungen in aller mateu ore vor Eldern dat inne gehat &c.

Litterae namque Reversales ejusdem anni satis superque testantur, non solum sub appellatione pertinentiarum generali omnes omnino earum species latere, sed etiam eas ipsas pertinentias hujus castrum ut curtis ipsum fiscum fuisse; quibus ex litteris insignem quoque lucem capit §. LXXXIII. Sunt autem illae hujus tenoris:

Wir

Wir --- bekennen offenbahren , dat wy von dem --- dat  
schlott Adelevesen mit seiner Thobehörungen, nicht u ber-  
scheiden wü de Nahmen haben oder eghen mögen, mit  
Dorpen besett, unbeseitt, Voigedien, Meyer-Schopen, Schä-  
perigen, Gerichte , ungerichte, in Holten , Feldern , und  
Ackern, Tejeden,Mohlen, Wunnen, Weyden,Wischken, Wa-  
tern ,Fischereyen, Wildt-Bahnen, Forsten, Bergen, Dahlen,  
Geißliche Lehne und wertlicker Achter-Lehne, overft und  
underft, besocht und unbefocht, in maten umse zeligen Vor-  
eldern vor de genuttet, gebruchet und inne gehabt hebbent &c.

Simili ratione hoc spectat *Charta CAROLI IMP. anno*  
1366. in qua formula habetur:

und lihen yn, (nempe *Henrico von Hardenberg*) mit diesem  
Briefe alle die Güter, die Johann von Brune von Uns und  
dem Reiche bisher gehabt hat, mit Namen das Dorff Brune  
und das Burgstadt daselbis und was darzu gehört.

### §. LXXVII.

Quando in alienatione castri mentio iniecta est per-  
tinentiarum, scimus, quomodo hae pro formularum  
adhibitarum diversitate sint determinandae. Deficien-  
te vero ejusmodi formula, quoniam castri nomine o-  
mnes pertinentiae ipsius veniunt; possesorem castri  
possidere quoque omnia iura ad Castrum exerceri soli-  
ta, sequitur.

Conclusio  
quarta.

### §. LXXVIII.

## §. LXXVIII.

Fiscus & regalia in medio aevo sunt synonyma,

Quemadmodum fiscus in medio aevo & regalia fuerunt Synonyma, quod THOMAS BLOVENTIVS a), CONRADVS URSPERGENSIS b), BRUNO c) aliique, ac praecepit RADEVICUS d) in verbis: Regalia, veluti monetam, telonium, pedaticum, portus, comitatus, & alia similia, si qua sunt &c. multaque Chartae, utpote CONRADI IMP. an. 1149. e):

Tibi Venerabilis praetaxatae urbis episcope, & per te & ecclesiae tuae, & successoribus tuis Vivariensis urbis, nostra regalia concedimus, monetam, pedagium, utraque strata telluris &c.

& FRIDERICI I. IMP. anni 1164. f):

Dicto fideli nostro Guillelmo comiti comitatus dignitatem, iurisdictionem & regalia &c. commonitavit g); sic nullum hodie quoque dubium est, quin quae olim fiscus complexus erat, inter hodierna regalia referenda sint.

## §. LXXIX.

Pertinentiae  
Castrorum  
continent  
regalia co-  
municativa.

De ambitu regalium hodierni ICti, ut & de iis iuri-  
bus, quae ad majora vel minora referri debeant, va-  
rios

a) in Nomolexico', h. v.

Vivariensibus Lib. II.

b) ad ann. 1109.

f) ap. EVND. in GVIL. JUN.

c) de Bell. Sax. p. 141.

Coin. Forcalq. n. 23.

d) Lib. 3. cap. 41.

g) Conf. CANGIVS voce Re-

e) apud COLVMBVM in Episc. gilia.

DE CASTRI PERTINENTIIS.

121

rios diffensus fovent. Nec nostrum vero est, his liti-  
bus nos immiscere, qui non de regalibus scribimus.  
Cujusvis enim ICti sententiam arripias etiam; tamen  
ea, quae castrorum pertinentiae sunt, *fiscum* sive *rega-  
lem* sive *principalem* sive *aliam dominicalem*, semper inter  
regalia computabis: Nullus quoniam est Doctorum, cui  
unquam venerit in mentem, dubitare, quin omnia ea,  
quae sub Fisci & Castrorum pertinentiarum notione com-  
prehenduntur, *regalium* partem faciant. Quousque igit-  
ur demum regalium ambitus pateat; castrorum pertinen-  
tias regalia esse, pro instituti ratione nostri, dixisse suf-  
ficit. Et quoniam *haec iura*, sicut partim iam vidimus,  
partim vero pluribus visuri sumus, omni tempore alie-  
nata & in commercio fuerunt; consequens est, ut ea  
regalibus communicativis adnumerari debeant.

§. LXXX.

Cum castrorum pertinentiae sint illa iura regalia, quae Castrorum defi-  
nitio realis. ad illud exerceri solent; facili negotio iam definitio ca-  
strorum realis, quae ex superioribus lectori exhibeat notio-  
nem definiti distinctam, dari poterit. Est igitur castrum  
*Locus munitus, cuius Pertinentias complexus regalium con-  
stituit communicativorum.*

§. LXXXI.

Q

Introdu<sup>c</sup>tio  
in Caput  
Quintum.

Finem facere possemus nostri libelli, exhibita nunc  
notione castrorum germanicorum distincta, nisi quaedam  
conclusiones superercent facienda, quae doctrinam de iu-  
ribus hodiernis, praesertim in Saxonia, castrorum doceant;  
quorum iurum evolutio multum lucis castrorum diver-  
sitati possessorum debet. Sequitur ergo doctrina de  
castrorum possessoribus.

## CAPVT QVINTVM

DE

## CASTRORVM POSSESSORIBVS.

## §. LXXXII.

Possessores  
hic intelligi-  
guntur pig-  
noratitii &  
domini.

Cum omnis possessio habere causam debeat, a cuius  
iustitia ipsa quoque possessio legitima dependeat;  
de causis possidendi castra, adeoque regalia, primo sta-  
tum loco dicendum hic erit. Sicuti vero de nudis ca-  
strorum detentoribus supra, ubi de ministerialibus a-  
etum est, locuti sumus, cumque his etiam, quoad de-  
tentionem nudam, reliqui omnes conveniunt, qui nul-  
lum jus circa Castrum habentes possident, quo etiam  
interdum superioris ordinis ministeriales spectant, si  
nempe eorum munus detentionem castrorum flagitent; ita  
facile intellectu est, nostram disputationem hic loci fo-

re

re tantum de illis possessoribus castrorum, quorum possessionis causa simul cum aliquo iure circa castrum coniuncta est. Castra possideri ergo posse titulo non modo ad transferendum dominium non habili, sed & tali, qui tribuit dominium, adeoque castra in commercio esse, probandum iam ante omnia suscipiemus.

## §. LXXXIII.

Castra igitur omni aevo in Germania fuerunt in Castra & eorum regalia in Germania esse res in Commercio, probatio Prima. commercio. Non enim modo id docet magnus Char-  
tarum proventus, a nobis passim iamiam adductarum,  
verum etiam novis argumentis iisque gravissimis ostendit potest. In veteribus nempe monumentis sollicite separantur Civitates vici, villaes, & consequenter *castra indominicata*, i. e. *fisci regales*, *fisci dominici*, qui nihil aliud erant quam *civitates imperii*, *civitates imperiales*, *civitates regales* a), ex quibus fiscis regalibus nostrae hodiernae *civitates Imperii* ortae sunt: porro ab his *fiscis*, his civitatibus regalibus, *castra de immunitate*, hoc est *ecclesiistarum*, ab omni potestate seculari *exempta*, feceruntur: ut & *comitatus*, qui erant civitates in praefecturis

a) *Charta OTTONIS II.* a. 970. *TONIS II.* an. 974. apud EVND. ap. LVNIG. in *Reichs Archiv*, l. c. p. 264. *Charta OTTONIS III.* Tom. XVI. p. 263. *Charta OT-* an. 990. ibid.

eturis, donatae & quovis titulo alienatae b): castra de-  
nique hominum aliorum propria & non fiscalia; quae  
omnia ex capitulari CAROLI CALVI c) patent. Non  
minus etiam notanter d) olim inter *Reichs-Städte*, *Geiß-  
liche Städte*, die in Pfand stehent, *gemeine Städte*, und die  
jedes eigen seyn, distingui solebat; quae distinctiones  
funt indicio luculento, quod castra & hinc regalia fre-  
quenter alienata fuerint: etenim si hoc non fuisse fa-  
ctum, quomodo quaeſo unquam civitates & villæ &  
fisci mox regi, mox ecclesiae, mox comitibus aliis-  
que adscribi posſent?

#### §. LXXXIV.

Probatio le-  
cunda.

Altera probandi ratio petenda eſt ab Ingenuis. Hi  
namque dicebantur illi homines, qui proprias posſes-  
ſiones habebant, quod GREGORIVS TVRONENSIS a)  
testatur: quae tanti fiebant in Saxonia, ut non nisi de-  
relicta religione Christiana poenae loco amitterentur b).  
Quibus ingenuis, docente Charta GERH. EPISC. Camer.  
anno 1089. c), allodia cum jurisdictionibus, moneta, &  
veſtigialibus competierunt. Horum allodia paſſim  
lau-

b) Chartae iam memoratae  
anni 970. & 974.

c) Anni 864. cap. 8. apud BA-  
LVIZVM Tom. II. p. 177.

d) vid. Jus Provinc. Saxon.  
L. I. Art. 29.

a) de Mirac. S. Martini Lib.  
III. cap. 23.

b) ECCARD: in Franc. Orient.  
Tom. I.

c) ap. MIRAEVUM Op. Diplom.  
pag. 75.

laudantur *Villae cum utilitate terrarum, silvarum & flumi-*  
*nium d): villa cum iudicio, petitionibus, quae merum al-*  
*lodum extiterunt, testante id Charta Wallerami Domini*  
*de Valekenberg e): allodia cum iustitia alta, & allodia*  
*salva iustitia sua alta & inferiori in feudum oblata f): allo-*  
*dia potestate libera & absolute libera ab omni advocatia &*  
*seculari districtu possessa g): Nec non allodia ab omni advo-*  
*cacia, seculari districtu, ceterisque angariis libera h): in pu-*  
*rum allodium libere & absolute possessa i); qui allodiorum*  
*cum regalibus possessores hanc ob causam quoque viri*  
*potestativi & viri nobiles potestativi k) audiunt.*

## §. LXXXV.

Cum, tertio, Reges Germaniae per omnia secula <sup>Probatio ter-</sup>  
 omnis generis Castra, totos fiscos, cum suis regalibus <sup>tia.</sup>  
 quibusvis, sub immunitate Tuitiois Regiae & exem-  
 tione a potestate seculari Ducum, Comitum, Episco-  
 pa-

d) *Charta* Tradit. ap. SCHAN-  
 NATVM Vind. Tom. I. p. 43.  
 Praecept. HENR. I. ap. EVND.  
 Trad. Fuld. p. 559.

e) An. 1274. apud BUTRE-  
 NIVM in Troph. Brab. nt. Tom.  
 I. p. 106.

f) Instr. compos. a. 1228. ap.  
 EVND. ibid. Cod. Prob. Tom. I.  
 p. 80.

g) *Charta* EVRCHARDI Episc.  
 Camer. A. 1119. ap. MIRAEVM  
 Op. Dipl. p. 678.

h) *Charta* HENR. II. Lothar.

i) *Charta* Alem. 27. ap. GOL-  
 DASTVM Rer. Alem.

k) Donation. Salisburg. Cap.  
 12.

patibus, Abbatii & aliis Ecclesiis dono dederint; haec vero eadem Castra, eosdem fiscos, eadem regalia, *Ducibus*, *Comitibus*, *Dynastis* aliquique *hominibus ingenuis*, vel allodii vel beneficii titulo cesserint; quae omnia veritate historica niti, in hoc ipso multae Chartae indicant, & nemo nisi in historia nostrae Germaniae parum aut nihil versatus, in dubium vocabit: Certe non credere in tanta luce, quod castra & regalia in commercio omni tempore fuerint, nihil aliud est, quam in meridie solem negare. Demonstrarunt hoc praecellare *HERTIUS*, *STRUVIUS*, atque *EYBENIVS* a). Idem fecere Reges Francici: qui nimurum nullum habuerunt ministerialem, cuius fidem ac pietatem in se sunt experti, in quem non castra totosque complexus jurium regalium atque fiscos, aut beneficii aut allodii iure b) transtulerint.

### §. LXXXVI.

Probatio  
quarto,

Non solum autem alienata omni tempore sunt castra adeoque regalia; verum etiam pignori data certum est. Praeter alia quam plurima Documenta hic addu-

cere

a) ISTE in Superioritate territoriali §. 65, in notis p. 527. ILLE de Allodis Imperii cap. IV. §. 10. HIC in Electis feudalibus cap. VI. §. 7.

b) Vid. *MONACHVS SANCT-GALLENSIS* c. 10. Praecept. *CAROLI M. ap. MABILL. de Re Dipl.* Lib. 6. p. 528.

cere placet tantum primo loco Chartam ALBERTI & ERICI fratrum, Saxonie Ducum, qua oppidum MOELLEN cum Dominio & Advocatia Civitati LVBECENSI sub reluitonis lege vendiderunt <sup>a)</sup>, in qua sunt verba notatu dignissima: - - -

Vendidimus & dimisimus - - oppidum nostrum Molne cum flagno sicut iacet, cum dominio nostro & Advocatia nostra que ad dictum opidum Molne pertinent, cum curia nostra habitationis ibidem, theloneo, & redditibus Quadragesima marcarum, quos annue Consules ejusdem opidi exponere tenentur, cum omni iure & iudicio supremo & infimo ac omnibus aliis intermedii iudiciis, molendinis, cum hujusmodi villis ad idem oppidum spectantibus, cum agris cultis & incultis, pratis, pascuis, paludibus, aspitibus, aquis, aquarum decursibus, viis & inviis, exitibus & regressibus, flagnis, instagnationibus, piscariis, rivis, & aliis fluminibus, terminis & terminorum distinctionibus, lignis, silvis, rubetis, atque fluza, cum omnibus usufructibus, & omnibus & singulis conditionibus ac appertinenciis suis universis, prout nostris progenitoribus & nobis haec tenus omnia & singula premissa pertinebant - - - Est tamen nobis & nostris heredibus libera data facultas - - - quod dictum oppidum Molne - - reemere poterimus &c.

Ex quo Diplomate discere licet, non modo oppidum Moellen, sed etiam omnes ejus pertinentias, puta, omnia

regat-

<sup>a)</sup> Anno 1359. vid. *Moellnische Deduct. P. II.* p. 23. n. 18.

regalia, cuiuscunque demum generis fuerint, & quidem eo modo, quo iis fruebantur Duces Saxoniae, in magistratum & cives Lubecenses sub lege redimendi translata esse. Sed & aliud anecdoton producere libet de simplici oppignoratione castrorum, nempe *Chartam ALBERTI* Ducis Brunsvicensis anno 1300:

Dei gratia nos Albertus - - - quod Wasmodus de Indagine miles, de pecunia, pro qua Castrum novum Nienovere Henrico militi dicto Jonde pro nos est obligatum, eidem Henrico Trecentas marcas puri argenti ex parte nostra totaliter expeditit, pro quibus trecentis marcis quartam partem dicti castrorum nostri Nienovere eidem Wasmodo militi & suis heredibus presentibus obligamus, tali conditione adjuncta, quod quandounque nos vel nostri heredes decreverimus redimere dictum Castrum nostrum, idem Wasmodus suam partem ejusdem castrorum nobis dabit ad redimendum. Si niliter pro pecunia praenotata propterea omnia alia, que cum dicto Henrico militi per nos sunt placitata, & literis nostris sibi super obligationem dicti Castrorum datis &c. b).

### §. LXXXVII.

Probatio quinta. Quando dicimus, castra cum regalibus in commercio mille abhinc annis migrasse, non excludimus aliena-

b) Plura exempla castrorum cum omnibus regalibus ad easpectantibus oppignatorum exhibentur a. B. TREVERO in der gruenlichen Geschlechts-Historie des Hoch-Adelichen Hauses der Herren von Munchhausen, im Anhang p. 422. 423. f. 1.

alienationes regalium particulares. Tantum enim abest, ut reges Germaniae in alienandis regalibus difficiles sese praebuerint, ut potius singulas fisci & regalium species dispergere, & concedendo aliis utroque nomine & feudi & allodii easdem, totum fiscum separare, eius partes scindere, longe lateque dilapidare nulli dubitaverint. Quantus fuerit regii castri **GRONE** ambitus, quantus regalium, urbium, mansuum, curtium minorum, complexus ad illud attinuerit, ex supra dictis liquet. Quis vero hodie ullum horum omnium & ipsius loci muniti, tanquam castri & pertinentiarum ejus, vestigium aut rudus videt? Omnia eius regalia in partes scissa, alienata extant. Quod diximus, docebimus.

### §. LXXXVIII.

Pertinentiarum Castri *Grone* partes, *Sublen*, *Hamel*, *Illustratio  
len*, praefecturam *Munden*, & *Salinas Bodenfeldenses*, Re-  
ges Germaniae a) in Abbatiam Corbeiensem transtu-  
lerunt. Ex eodem fisco regio **OTTO** b) *Wizzereshu-  
sen*, *Manisi*, Coenobio *Hildewardeshusano* cessit. Idem  
Imperator ex Fisco *Grone* triginta mansus in pagis Pe-  
ran-

a) *Ludovicus* in *Charta sua A.* b) in *Charta A. 990. ap. hor.  
834. apud SCHATENIUM Annal. MANNVM Antiq. Hildesiens.*  
Tom. I. p. 80.

R

*ranhufon, Livetingeshufon, Etheleveshufon, Lengeleron, Rodereshufon, Hattichufon c), Abbatiae Gandersheim dedit. Ex fisco eodem acceperunt quoque , ab Imperatore OTTONE III. Thielburga Comitis EGGHARDI soror unum mansum regalem in villa Westalmeshufen d): ab HENRICO II. e) Coenobium Hildwardeshufen, sexaginta & sex mansus in villa Gemmel : Episcopus Paderbornensis ab Imperatore CONRADO f) curtem sui juris Pardenebbecki cum pertinentiis in Huuinadal , Molduguel, Ludolfesbusen: ab HENRICO III. Monasterium Hilwardeshufen, Villam Schidum g ): nec non ab HENRICO IV. Archiepiscopus Hamburgensis , ejus bona omnia in Wenerthe b) Beneficii nomine : partes castrorum & fisci GRONE Domini de Adelevesen i), nempe dimidium burgum GRONE cum iurisdictionibus & Vogteiis earumque pertinentiis, omnibusque aliis bonis a majoribus possessis ; Domini de Hardenberg k) den Burgstall und Dorffstadt Grunnau und das dazu gehörert; Domini de Uslar das Kirch-*

*Lehn*

c) Charta ejus an. 990. apud HAHNIVM Hist. Gandersh. p.635.

d) Charta ejus A. 997.

e) Charta A. 1016. ap. HOFMANNVM l. c.

f) Charta An. 1032. ap. SCHATTEN. Annal. Tom. I. p. 488.

g) Charta 1046. ap. HOFM. l. c.

b) Charta 1046. ap. LINDENBROG. Privil. Hamburg. n. 28. p. 142.

i) in Charta authentica CAROL. IV. an. 1377.

k) Chartae CAROLI IV. 1366. & MAXIMIL. II. A. 1572.

*Lehn von der Pfarr-Kirche St. Johannis in BVRG-GRONE I;*  
*Domini de GRONE, qui erant Advocati in GRONA, multa Castrorum iura regalia & alias pertinentias m)*  
*possederunt.*

## §. LXXXIX.

Castra, adeoque regalia in Germania omni tempore  
 in commercio ambularunt, uti iam satis, opinor, probatum dedimus. Hinc est, quod Castrorum dominii non soli fuerint Germanorum reges; dominii sanciure castra quoque & Principes, & Comites, Dynastae, Eques, Episcopi, non minus & alii ex ordine Clericorum tenuerunt, prout Chartae a nobis haec tenus passim produxerunt, multaque plures vetustatis reliquiae in LUDWIGII, LEIBNITII, MIRAEI, LVNIGII, Perillustris GVDENII & aliorum, reconditae collectionibus testantur, quas omnes hic adponere longum nimis foret. Ne tamen exemplorum fiat hiatus, quaedam omnium ordinum nomina castrorum Saxonie recensebimus. Castra igitur, quorum Domini Reges Germaniae fuerunt, in  
 Saxon-

I) vid. Bulla MARTINI P. P. &c. ibid. in *Verbericht* p. 116.  
 A. 1419. in Chron. *Göttingensis* n.) Charta ALBERTI PINGVIS  
 Part. II. p. 231. seq. Charta officialis *Northunensis* & Joh. Vilar A. 1296. in Vigilia Simonis & Judae.

Saxonia sita, fuit: I.) *Castrum* seu *Castellum GRONE*, si-  
ve, ut olim vocabatur, *GRVONA*; cuius synonyma  
funt *urbs Grona*, *Palatia Grona*, *Curtis Grona*, *Burg Grona*  
*bey Göttingen a)*. II.) *PALITHE*, *regia Curtis*, *Villa*  
*Polida b)*. III. *Curtis regia MORVNGA c)*. IV.) *Curtis*  
*regia BRVGHEIM d)*, *BRVGGIHEIM in septentrionali par-*  
*te Leimae fluminis e)*. *Castra Principum*, *Comitum*, *Dyna-*  
*stiarum* aliorumque deprehenduntur in Saxonia: *Castra*  
*SOMMERSCHENBVRG & omnia attinentia*, *LICHTEN-*  
*BERG*, *ASSE*, *SCHILTBERG*, *STAVFFENBVRG*,  
*OSTERODE*, *HERTESBERG*, *SCHARTFELD*, *LVT-*  
*TERBERG*, *HANISTEIN f)*, quorum Dominus ex he-  
reditate *HENRICI LEONIS* fuit *HENRICVS FALATI-*  
*NVS*: *Castra HOMBERG* cum suis pertinentiis, *CIELLE*,  
*DESINBERG* cum suis appenditiis, dominium ex he-  
reditate ejusdem agnovit *OTTO IV. g)*. *Castra LVNE-*  
*BVRG*, *LOVWENBERCH*, *BLANKENBVRG*, *REGHEN-*  
*STEIN*,

a) Vita GODEHARDI ap. LEIB-  
NIT. Script. Brunf. Tom. I. p.  
491. WITICHIND. Tom. I. An-  
nal. ap. MEIBOMIVM p. 636. Spe-  
culum Saxonicum Lib. I. a. 62.  
Diplom. HENR. IV. ap. LEVCK-  
FELD. Antiq. Poeld. App. IV. n.  
7. p. 279.

b) Annalista Saxo ad annum  
975. &c ad annum 1017.

c) Vita MEINWERCI §. 25.

d) Praeceptum OTTONIS MA-  
GNI anno 937. ap. HEDAM Hist.  
Episc. Ultraj. p. 81.

e) Charta Henrici III. anno  
1043. apud LEUCKFELD. Antiq.  
Gandersh. pag. 117.

f) Tabulae Divisionis Pader-  
bornens. anno 1203. apud RETH<sup>4</sup>  
MEYERVM Chron. Brunf. p. 421.

g) RETHMEYER. I. c. p. 423.

STEIN, HEYMENBVRG, HIDESACKERE, DALEN-BVRG, BERGE, LICHOWWE, DANNENBERCH, BRO-ME, NIENWALDE *b*), ad WILHELMVM DE LVNE-BVRG spectarunt. Castra Comitum, Dynastarum aliorumque extitere, Castellum SIECHELSTEIN cum pertinentiis, *Dynastia Siechelfein*, dem Bergbauß, pago Hedemunden, villis Oberrode, Escherode, Bentherode, Land-werenhagen, Neuenhagen, Lutternberg, Spieckershäfen, Speel, Wanhausen *i*). Castellum PLESSE, de quo super-funt verba *k*): Episcopus autem de bonis hereditariis in Saxonia positis urbem sitam in loco, qui Pleßö dicitur, cum undecies centum mansis, iam ante ecclesiae datis, ipso die recognoscendo & reiterando ecclesiae delegavit. Castrum ROSTORFF, quod nobilibus Dominis de Rostorff nomen dedit *l*). Castrum HARDEGSSEN *m*). Comitum de Niedeck castrum NEIDECK, de quo memoriae prodita sunt in libro quodam memoriali Reinhusano: Otto nobilis Comes & Dominus in Neideck, cognominatus niger, obiit Anno Dni MCCXXX. hic sepultus, cuius anima requiescat in pace; atque iterum in alio quodam necrologio Fredelsheimeri: Bedet vor

Gre-

*b*) apud EVNDEM l. c.*i*) HOFMANN. Var. Saxon. Volum. II.*k*) in Vita MEINWERCI p. 518.*l*) HAMELMANN. de famil.

ernortuis Lib. II. MEIERVS in Antiq. Pleßensibus Part. III. c. VIII.

§. III. IV. p. 349.

*m*) HAMELMANN. & MEIER.

R 3

Greven Otten den Schwarten von der Niedeggen <sup>n</sup>). Bur-  
gum SVTRODE, cuius domini successu temporis facti  
sunt Domini de Susa, Domini de Vslar, Dni de Meden-  
heim <sup>o</sup>). Castrum ALTENGLEICHEN seu GLEICHEN  
<sup>p</sup>). Castrum ETELVESHVSEN, AIDELEVESSEN f.  
HADELEVESSEN. Castrum HARDENBERG, quod or-  
lim dictum fuit BEVERSTEIN <sup>q</sup>). Castrum BREDEN-  
BLCK <sup>r</sup>): & alia plura, quorum seriem hic facere lon-  
giorem, brevitas, cui studemus, prohibet.

## §. XC.

Conclusio  
de castris  
commercio  
subiectis ge-  
neralis,

Quoniam igitur constat inter omnes, I.) Castra a  
Regibus in quosvis translata esse Principes, Comites,  
Dynaftas: II.) Ingenuos fuisse omni tempore castro-  
rum dominos & allodiales & feudales (§. LXXXIII. &  
LXXXIV.): III.) Ministeriales superiores, aliosque No-  
biles, castra sua iterum alienasse (§. LXXXV.): IV.) Ca-  
stra pignoris loco data, & sub pacto redimendi vendita  
esse (LXXXVI.): V.) Castra divisa esse, atque regalia eo-  
rum pertinentia per partes in alios translata (LXXXVII.).

VI.)

- <sup>n</sup>) De hoc Castro conf. HOFM. HARDENBERG A. 1232. in Hist.  
I. c. Part. II. HAMELM. I. c. Lib. I. Gandersh. ap. HAHN. pag. 1721.  
P. 735.
- <sup>o</sup>) HOFMANNVS I. c. HOFMANN. Var. Sax. Vol. 2.
- <sup>p</sup>) Charta ERICI DVCIS anno 1555. <sup>r</sup>) Charta IOHANNIS Episc.  
Hildesienis anno 1506. am Mit-  
wochen nach dem Sonnage Reimi-  
niscere in der hlligen Vfften.
- <sup>q</sup>) Charta BERNHARDI DE

VI.) Hoc nequidem in Castris Regalibus secus fuisse  
 (§. LXXXVIII.): Castra adeoque VII.) partim integra,  
 partim per partes e manu in manus quasi migrasse  
 (LXXXIX.); quilibet rerum aequus aestimator, & qui  
 non partium studio indulget, jam nullus dubitabit am-  
 plius, quin omni, quoad scire licet, tempore Castra,  
 ergo & regalia, in Germania in commercio fuerint.

## §. XCII.

Alienata fuerunt semper castra cum pertinentiis non Possessores  
 solum in feudum, sed etiam in allodium, (§. LXXXIII. ad aut sunt do-  
 §. xc.) atque creditoribus pignoris loco data (LXXXVI.): mini simul,  
 Ergo possessores castrorum vel sunt simul DOMINI, sive titii,  
 PLENI sive MINVS PLENI seu UTILES; vel sunt POS-  
 SESSORES tantum PIGNORATITIL.

## §. XCII.

Ad dominos castrorum hodiernos quod attinet, Hodie na-  
 sunt hi vel superioritate territoriali gaudentes, vel qui cies castro-  
 eam non habent. Prioris generis classem faciunt, e.gr.  
 Reges, principes, sive ex ordine clericali sive seculari, &  
 comites: qui cum regalium & majorum & minorum  
 sint capaces, superfluum foret querere, utrum rega-  
 libus castris suis competentibus fruantur. Licet vero  
 horum multi hodieque nomina sua a castris suis trahant;  
 tamen plerique castra, quorum domini sunt, in pre-  
 fectu-

fecturás transfuderunt, quae hanc ob causam multis in provinciis castellatarum appellationem (xliv. & xlv.) induerunt: quarum *praefecti, Amt - Leute*, etiam omnia iura his praefecturis tanquam castris adhaerentia, nomine domini exercere solent.

## §. XCIII.

*Domini omnes castrorum homines regalium dominium simulunt.* De iis castrorum dominis, cuiuscunque demum ordinis sint, oratio itaque nostra tantum hic esse debet, qui aut omni superioritate territoriali, aut in ea provincia, in qua castra possident, destituantur: ad quorum uberiorem, praesertim in his terris qualis sit, conditionis descriptionem antequam perveniamus; conclusio, quae ex antecedentibus immediate fluit, facienda erit, ne illud nunc demum querere videamus, quod iam iam rationibus gravissimis affirmatum a nobis est. Scilicet cum castra mille abhinc annis cum regalibus de manu in manus tradita, & quovis modo alienata fuerint, ita ut castrorum domini cuiuscunque conditionis & ordinis regalium secum communicatorum dominium consequerentur; alienationeque hac superioritas territorialis non laedatur, neque etiam Regalia majora & non communicativa minuantur aut turbentur; concluditur nunc certo certius: *Hodieque dominos castrorum omnes simul quoque pertinentiarum & iurium regalium ad ea exercerit solitorum dominos esse.*

## §. XCIV.

## §. XCIV.

Enim vero, utut regalia castrorum, quia communitatativa, in hodiernos castrorum dominos absque dubio cadant; tamen modus, quo exercentur eadem, pro ratione provinciarum Germaniae varius esse potest. Dissentientium opinionem fundamento caret, Nos itaque, quae diximus, statu dominorum castrorum *barum terrarum* illustrabimus, &, quod iam probavimus, nempe regalia castro adhaerentia dominis eorum quibuscumque competere, refellendo secus putantium obiectiones, corroborabimus.

## §. XCV.

Hodierni castrorum Domini & possessores, suo respectu, *Castellani*, *Burgherren*, *Schloſigefeffene*, *Beschloſte*, *Beschloſtene*, *Geschloſte*, *Geschloſtene* appellantur; quae nomina, nativa sua significatione, & litterarum compositione ipsa, intuentibus statim ita sunt clara, ut nulla ulteriori probatione aut declaratione indigere videantur. In terris *Brunſwicensibus* & *Laneburgensibus* & domini castrorum & possessores eorum pignoratitii nomen der *Beschloſten* gesserunt semper; ut adeo vox *Beschloſten* de utrisque usurpata promiscue fuerit.

## §. XCVL

S

## §. XCVI.

Probatio af-  
ferti,

Probatur sententia nostra, voluntate ipsorum do-  
minorum territorialium, nempe ERICI Ducis Epistola  
 anni MDXXVIII. in qua occurrunt sequentia :

Unse Ridderchop von Adel und leven getruwen so nicht be-  
 schlotten sin', twischen Deister unde Leine - - mit samt  
 Praelaten und beschloten Junckern unser gemeinen Ridder-  
 chop, in demjenigen Gerichten unser beschlotteten Manne  
 von Adel so fulcke unsre Gerichte inne hebbent.

Nec non BERNHARDI & HENRICI epistola anno  
 MCCCCXCI. ubi :

We ock in unser Herschop beschlotet edder beseten is eder  
 wert van Praelaten, Riddern, Knechten, edder Borgeren - -  
 Ock hebe we se alle de Slote in unser vorscreven Herschop  
 vor Erze edder Pandtchop von uns Inne hebbet, ute der un-  
 beschlotenen Manschop de in der ieghenode welck wohn-  
 hafftig is &c.

## §. XCVII.

Divisio ordi-  
 nis equestris  
 in his terris

Ex quibus Chartis fluunt duo : I.) In his terris or-  
 dinem equestrem dividi in *Beschlaſte* & *Unbeschlaſte*, quorum  
 illi sint aut domini castrorum quae possident, aut tan-  
 tum possessores pignoratitii. II.) Qui castra non habent,  
 die *unbeschlaſte*, ad eos referuntur, die beseten sind a);  
 div

a) Epistola BERNH. & HENRI- ci Ducum A. 1392.

die Amtseingesessenen Junckern b); porro qui in der Ingenuode seu Provincia & Dingstadt habitant c); ut & die eingesessenen von Adel, welche zwar immediate vor der Cantzley und Hoffgericht zu belangen, jedoch dass dem Gross-Vogt zum Calenberg die allgemeine Auffsicht im Amt Calenberg gelassen werde d).

## §. XCVIII.

Quoniam possessores castrorum, sive pignoratitii si-  
ve domini pleni vel minus pleni, uno nomine *der Be- Refutatio  
schlossen* veniunt (§. xcvi. & xcvi.); sequitur, quod, si objectionis  
interdum pignoratitii castrorum possessores appellantur  
soli *die Beschlößen*, hoc non sit argumento, castrorum  
dominos appellatione *der Beschlößen* non comprehendi,  
sed solis possessoribus pignoratitiis hoc nomen semper  
tribui. Loca insuper namque reperiuntur, ubi & illi,  
qui in Pandisshop, & qui vor Erve, castra tenent, no-  
mine *der Beschlößen* indicantur a) (§. xcvi.). Contra ea  
vero appellatio *der Geschlossen*, possessores castrorum  
pignoratitios interdum excludere potest, si nempe sit  
de iis sermo, qui potestates publicas exercent in iis lo-  
cis,

b) *Fwstl. Aufschreiben vom 20. Julii 1565.* d) *Gandersb. Landtags-Ab-  
schied art. 4.*

c) idem privileg. BERNHARDI &  
HENRICI de A. 1392. a) quod fit in Epistola illa  
saeppe laudata BERNHARDI &  
HENRICI Ducum a. 1392.

cis, ubi pignoratitii castrorum possessores, *Befehlshäbere* simul non sunt. Exemplum videre licet in HENNINGIO de RVSCHENBLATE, quem pignoratitio nomine castrum posseditiss teſtatur IOHANNES EPISCO-PVS HILDESIENSIS b), verbis:

An Stürwolde Inholt dem Slot Breve, durch uns und uns Capittel verfegelt, up 7100 Gulden Summa von wehrt; Et tamen mandatur ab eodem Episcopo c):

Friedrick von Röſſlingen ſchall wesen en Grote Vogt thom Stürwolde, uns tho unferm Erve und Henning Rufchenplat tho ſynen Pantſchillinge Loffte und Ayde thun, und unfer Capitel und uns tho unlem Huſe und Stifts-Erve antworten. So ock de weldige Hand von Peine getogen, ſchal Brun Botmer glyck einen Droſſen oder Hövetman mit everſten Beſchluß angenommen und beſtelleſt werden, alles na Rade unfer Rede. Schal und mag he Henninge Rufcheplat treweſtlichen helpen inne hüden up unfer Amt-Lüde beſorgend.

### §. XCIX.

Refutatio  
objectionis  
secundae.

Obverti plerumque ſolet ab iis, qui, quod Castro-  
rum domini ad appellationem der *Befchloſſen* referri de-  
beant, negant: Saepiffime aut potius plerumque in  
constitutionibus provincialibus aliisque Chartis per vo-  
cem *Befchloſſe* tantum eos indigitari, qui ut ministeria-  
les

b) in eius *Regierungs*-Form c) ibid.  
an. 1527. in Actis Hildes. p. 478.

les castra possident, ac nomine principis tantum portantes publicas exercent. Verum enim vero, quicquid hujus rei sit, salva tamen nostra stabit sententia. Si enim verum est, quod dominus *der Geschloßtenen Gerichten*, quae, ut infra patebit, judicia clausa vocantur, fit revera *ein Schloßgefessener sive Beschloßter*; (§. xcvi. & xcvi.) Dominique de Hardenberg nomen suum *der Beschloßten* non modo a castro suo *Hardenberg*, sed etiam *von andern Sloten dar se nu to tiden ansittet*, trahant, quod docet ipsa ALBERTI Ducas Epistola Anno MCCCLXXV. am funte Nicolaus Tage: conseqvens est, ut appellationem *der Beschloßten* ad quosvis cætra possidentes extendi oporteat.

## §. C.

Nondum adquiescunt adversae opinioni faventes a), Refutatio sed nova quasi ratione insurgunt dicentes: Olim magis gnam fuisse distinctionem inter *Beschloßte* & *Geschloßtenes*, Refutationis tertiae, inter *Beschloßene* & *geschloßene Gerichte*; illas voces de castrorum possessoribus pignoratitiis eorumque iurisdictione, has de castrorum dominis & eorum iudiciis valere. Sed veremur, ne fallantur. Enim vero L), quod foli

a) de quorum sententia evolvendus est CONSULTISSIMI IVN-  
GII libellus multa eruditio re- fertus; de Jure recipiendi Ju-  
daeos, cap. V.

foli castra pignoris loco tenentes olim dicti fuerint *Beschloſſe*, credere vetat exemplum quod in investitura Magistratus Brunsuicensis castris *Eich & Wendhausen* animadvertisimus b), verbis:

Mit diesen beyden statlichen Gerichten und Schloss Eich und Wendhausen den Rath und gemeine Stadt Braunschweig investiret und beliehen gehabt.

Quamvis enim Brunsuicenes non fuerint isto tempore possessores horum castrorum pignoratitii; nihilo secius tamen inter *Beschloſſe* c) ibidem connumerantur. II.) *Beschloſſene & Geschloſſene* synonyma habentur, omnesque illos, qui castro aliquo sunt instructi, quovis modo, (§. xc.) denotant. III.) Quoties in Constitutonibus provincialibus & comitiorum provincialium recessibus de executione editiorum disponitur, quam exercere tantum possunt *ministeriales*, die Fürſtlichen *Amts-Bedienten*, & illi qui castra sive jure pignoris sive dominii possident, adeoque judicis clausis (*geschloſſene Gerichte*) gaudent; toties executionis facienda mandatum injungitur denen Beamten & *Beschloſſen*. Non possunt itaque non sub appellatione der *Beschloſſen* etiam die *Geschloſſene* eorumque judicia, sive sint domini sive non domini Castrorum possessores, intelligi. Nam cum in executio-

ne

b) Acta Brunsv. Part. I. p. 128. RICH Anſchlag von dem Römer-  
c) in Herzog FRIEDRICH UL- Zug.

ne redescriptorum aliarumque constitutionum demandanda castrorum domini praeteriri nequeant, mentione der Beamten inesse eorum denominatio aequa non possit; certo certius est, eos quoque der Beschlößen appellatione includi.

## §. CI.

Quod si vero etiam possemus largiri, voces *Beschloßene* & *Geschlossene* diversas, atque illos castrorum pignoratitos possessores, hos eorum dominos esse intelligentos; attamen utrosque quoad exercitium regalium iurium, tanquam castrorum suorum pertinentiarum in his terris, re ipsa inter se convenire, exploratum habemus: ut adeo nobis quoque dictum esse oporteat illud, *in verbis simus faciles, modo in re convenientiamus.* Conferamus ergo paucis utrosque castrorum possessores.

## §. CII.

Possessores castrorum pignoratitii nomen der Be- Comparatio  
schlößen haben, a Castris suis (*Schläffern*) quae possi- dominorum  
dent, (§. xc.) ac omnia, licet ex iure pignoris, exer- castrorum, &  
cent jura regalia & potestates publicas quae castrorum possessorum  
pertinentiae reputantur; unde patet, etiam in his ter- pignorati-  
ris ad pertinentias castrorum urbanum bannum, pla- tiorum inter  
citum urbanum, *Bnrgban*, *Burgding*, vi cuius, ut cum  
aevo medio loquamur, dominus castrum, aut ab hoc iu- se.  
re pignoris tenens, ad instar magnae potestatis placita-  
bat,

bat, referendum esse. Jam si spectes dominos castorum sive plenos sive utilles, animadvertes profecto eosdem simili ratione *Geschlossene*, *Geschlossene*, *Gerichts-Herren*, *Burgherren*, *Schlössigefessene*, seu *Beschloßte*, id est, qui castrum tenent, appellatos, quibus potestas publica, *ein geschlossen Gericht*, tale nimirum quod in praefecturis, quae castra olim fuerunt, exercetur & quod *denen ungeschlossen Gerichten* opponitur, competit cum omni iure illo, quod possessores castrorum pignoratitii ex iure pignoris & Praefecti nostri, *die Beamten*, ex mandato domini territorialis exercere solent. Et quamvis quidam castorum domini, praesertim in Ducatu Gottingensi, ea regalia, quae vi superioritatis territorialis Imperanti debentur, veluti *Consumtions-Licent*, *Fourage*, *Proviant*, *Einquartirung*, ferre simul cum aliis subditis teneantur; attamen haec omnia dominii castorum in suo districtu inter eos, qui a Castris suis pendunt, distribuunt, proportione observata, praestanda, simulque ipsi exigere solent. Reliqua vero regalia, ut *Zollen*, *Schutz-Geld*, *Manthaler*, *dritte Pfennig*, & porro *was das Forst-Amt in denen Herrschaftlichen Aemtern Wildbahnen, Jagten, Forsten und Hölzern* exerciret und darvor eimmitt und berechnet a), omnia castri domini in districtibus castorum suorum, non vero Camera Regia,

exer.

a) Videatur die *Amts-Ordnung* c. IV. §. 16.

exercent, & prout ad castra sua exigi solita semper fuerunt, exigunt. Quam etiam ob causam editum illud Ducale die XX. Julii Anno MDLXV. gegen die Beeinträchtigungen in die Herrschaftlichen Jagdten, non ad castrorum possessores, sed ad reliquos, gegen die Amts-eingesessene Junckern, directum esse videmus.

## §. Clī.

Judicia & iurisdictiones eorum, qui castra tenent De castro-  
vel iure pignoris vel dominii, appellantur *Beschloßte, Be-*  
*schloßene, Geschloßte, Geschloßene Gerichte*, quibus reliqua  
iudicia, eorum nempe quibus castrum non est, oppo-  
nuntur. Illa sermone latino *iudicia clausa*; haec iudicia  
*non clausa* exprimuntur. Rationem huius denominatio-  
nis derivant quidam ab eo, quod *iudicia clausa* Praefectis,  
denen *Fürstlichen Beamten*, praeclosa quasi sint, ut  
hi in illis nihil iuris exercere valeant, sed omnia, quae  
faciunt in praefecturis praefecti, in suis castrorum di-  
strictibus faciant castrorum possessores. Quae deriva-  
tio hanc ob causam valere potest, quoniam non mi-  
nus quoque *praediis, castris, & curibus ecclesiarum de*  
*immunitate, quippe quae cum exemptione a potestate iudicium*  
*publicorum intra terminos immunitatis clausa quasi fuerunt,*  
optime quadrat. Sed non minus etiam vero simile est,

ju-

T

judicia ex deflexione der *Beschlossenen Gerichte in geschlossene & geschlossene*, & male inspecta origine vocis germanicae *geschlossenen Gerichte*, fuisse dicta tandem *clausa*, quasi *geschlossen* veniret a claudendo, cum tamen a *geschlossen*, seu a possessione eines *Schlusses* fluxerit. Quoniam vero iudicia dominorum castrorum seu *Schluss* supponunt, & *clausa* revera sunt; potest esse, ut die *geschlossene Gerichte a castris (delen Schlössern) ipfis, & simul a claudendo* dictio nō originem traxerint.

## §. CIV.

Differentia eorum qui castra possident, & qui non possident, seu der *discrimina inter castrorum dominos & illos, qui castra plane non beschlossen & unbeschlossen habent, & titulo der ungeschlossenen gaudent, stabiliamus prima.*

Illi ergo 1) habent iudicia clausa, *geschlossene Gerichte*, hi vero non habent: illi rescripta & decreta superiorum collegiorum ipsi exequuntur, hi non aequae, sed fieri in causis, quae sunt regiminis (*Regierungs-Sachen*), per praefectos pati debent. Quae differentia licet veritate sua non careat, dominis tamen castrorum & illis quibus castra non sunt, eorumque iudiciis a se invicem discernendis neutiquam sufficit. Hinc utrorumque judiciorum criteria distinctiva sunt plura in medium afferenda.

## §. CV.

## §. CV.

Ad Judicia igitur non clausa quod attinet, II) gau-  
dient quidem exercitio iurisdictionis voluntariae & con-  
tentioiae, provocatur ab illis quoque appellationis re-  
medio ad collegia superiora, a quibus non minus pro-  
cessus ad ea ipsa mittuntur. Subsunt ergo *iudicia non*  
*clausa* immediate *superioribus collegiis*, verum unice in  
Jurisdictionis actibus. Contrá ea vero, omnia reliqua  
iura, quae ex superioritate territoriali fluunt, extra ju-  
risdictionis utriusque actus posita, in ipsis *iudiciis clausis*  
a praefecto domini territorialis iussu exercecentur. Ergo ex-  
tra jurisdictionem *iudicia non clausa* Praefecturae ut *iudicio*  
*superiori* subiecta sunt.

## §. CVI.

Quae diximus, sicut clariora III), si potissimum il-  
lustrata fuerint exemplo. Etenim omnia onera publica, <sup>Differentia</sup>  
tertia.  
quae a superiore territoriali imponuntur, velut die Con-  
tributions- und andere Steuer - Anlagen, & in ecclesiasticis  
das Quartal - Opffer, in *judiciis non clausis* non ab eorum  
domini, sed a praefectis solis exiguntur. In propor-  
tione namque, qua subditorum quilibet teneatur, ho-  
rum onerum invenienda, *judicium non clausum* instar partium  
praefectoriarum habentur & numerantur, atque *contribu-*  
*tiones*

tiones ab iis, qui habitant in ejusmodi iudiciis non clausis, exigendae inter contributiones praefectorum computantur: quando itaque novum onus publicum praefectoris praefundatur, sub quanto praefectoriae (*dem Amts-Quanto*) iudicia non clausa iam comprehendantur. Haec omnia in *iudiciis clausis* sicut se habent. Nam eorum neque pars onerum publicorum sub praefectorum *Quanto* latet, neque a praefectis exigi potest, sed quicquid hi in suis praefectoris & *iudiciis non clausis* iussu domini territorialis exercent, hoc in *iudiciis clausis* castrorum domini proprio iure exequuntur: mensura etiam eorum *dem Amts-Quanto* contradistinguitur; quae cum sit certa propositio determinata, pro lubitu, invitis castrorum dominis, mutari et crescere nequit.

### §. CVII.

Compendium differentiarium exhibetur.

Omnis ergo materia de differentia inter *iudicia clausa* & *non clausa*, eorumque possessores, ductu nostrae doctrinae, brevibus eo reddit, ut iudicia non clausa, die *angeschlossene Gerichte*, nisi in quibusdam aliud ex privilegio aut pacto aut consuetudine obtineat, extra speciem iurisdictionis voluntariae & contentiosae, praefectoriae sint subjecta, ita nempe, ut dominus territorialis omnia praefectoris adhaerentia regalia & quaevi-

ex

ex superioritate territoriali fluentia iura, in ipsis iudiciis non clausis per manus praefectorum suorum exerceat: *Iudicia vero clausa, omnia iura regalia in castris suis exerceri solita, proprio jure propriaque auctoritate ipsi vel suo iussu per alios exerceant, reliqua autem iura, quae partem superioritatis territorialis constituant, non nisi ab ipso domino territoriali, vel ejus mandato a superioribus iudiciis, exclusis praefectis, iussi exequantur.*

## §. CVIII.

Habes, Lector, brevem delineationem conditionis *Probantur differentiac  
hodiorum castri dominorum, qui in castro superio-  
ritate territoriali non possunt: nec non scis iam, quan-  
tum iudicia non clausa distent a iudiciis clausis. Probantur  
differentiac  
he per le-  
ges provinciales.*  
nolumus. Iura enim, quae in his terris competit castrorum dominis, seu *denen beschlossen*, a nobis per indicem quasi descripta, quibus a iudiciis *non clausis* distinguuntur, auctoritate legum provincialium ipsa nuntiuntur, quarum praecipuarum nobis, certe iusto prolixioribus futuris, si earum omnium integra verba huc transcribere vellimus, nomina adduxisse fatis esto. Ex quibus in hunc censum venire prae caeteris merentur, der Landtags-Abschied de Anno MDCLXXXVI. §. XIV. Rescripta Regiminis die XXII. Martii Anno

T 3

MDCXCIL

MDCXCII. & ERNESTI AVGVSTI EPISCOPI OSNA-  
BRVGGENSIS & DVCIS BRVNSUIGO-LVNEBVRGICI,  
*Hannoverae die XXIII. Decembris Anno MDCLXXXVII.*

§. CIX.

Origo ha-  
rum diffe-  
rentiarum  
historica.

Licet vero omnia omnino documenta deficerent legitima; illum certe experientiae quotidianae oportet repugnare, qui, quem exhibuimus, castrorum dominorum in his terris statum, in dubium vocare ausus fuerit, perpetua confuetudine & possessione comprobatum, inque ipsis rerum argumentis quotidie obtinenterem. Si quis vero voluerit scire, quo demum fato fuerit factum, ut tanto hodie distent intervallo iurium iudicia clausa & non clausa, ille responsionem hanc capito. Olim divisa in pagos parvulos tota Germania, incredibilis numerus castrorum & curtium principalium, cum multis pertinentiis regalibus, advocatorum principalium, subadvocatorum, iudiciorum provincialium, advocatarum majorum & ab his pendentium minorum, a) placitorum maiorum & minorum surrexit, quibus temporibus advocationes minores, ut hodie praefecturis subditae Vogteiae, quae olim iurisdictione gaudebant quoque, majoribus advocatis subjectae fuerunt. Praesertim autem in Saxonia & in his regionibus, incredibile dictu

a) De quibus Charta anno 1324. ap. RETHMÜTERVM Chrou.  
Bruns. p. 517.

dictu est, in quantum multitudinem iudicia maiora, quae magni Dynastae & reliquus ordo equestris exercerunt ex castris suis in ipsas advocatias minores *ad castra pertinentes*, excreverint. Tantis igitur accessionibus quotidianis fere, numeri iudiciorum, comitatuum, dynastiarum, advocatiarum majorum, commoti territoriales domini, fines horum iudiciorum ita rexerunt, ut omnia iudicia maiora, quae tunc in quolibet pago & dynastia fuerunt suprema, esse desinarent supra & iudiciis aulicis subderentur; reliqua vero iura & regalia castris principalibus, quae in praefecturas transfusa sunt, adpenditia, quae hodieque adhuc nomine der *Amts-Hoheit & Amts-Hoheits-Gefälle* innescunt, ut & aliis castris adhaerentia, manerent intacta: ut in castris nobilium domini omnia haec iura regalia ad castrum exerceri solita, propria auctoritate proprioque iure; reliqua, quae ad superioritatem territorialem spectant, iussu & auctoritate principis exercerent: in castris vero principalibus, quae dominus nobilis castri suo iure facit, praefecti, die beante, iussu principis statuerent exequenturque b). Ex quibus patet, statum dominorum castrorum hodiernum nullam mutationem pristini passum esse, nisi quod iudicia castro adhaerentia desierint esse suprema, sed subordinata iudicis aulicis fuerint.

## §. CX.

b) Veritatem horum omnium ostendunt Constitutiones supra  
§. CVIII. allegatae.

A Judicis  
clausis differt  
iurisdictio  
circumscripta,

*Quum Domini castrorum iudicia clausa habeant  
(\$. CIV.), & detur iudicium circumscriptum, iurisdictio cir-  
cumscripta, quae multis numeris a iudicis clausis differt;  
cavendum est, ne haec cum illa confundantur. Quam-  
vis autem non desint viri doctissimi, quibus palman-  
B. STRYKIVS praeripuit, qui in describenda indole &  
natura iurisdictionis circumscriptae operam praestiterunt  
praeclaram: quoniam tamen & hi spicilegium nobis re-  
liqueunt, nobisque animus non est, ova & crambem  
bis coctam lectori adponere, sed quae principia iuris  
germanici limpidissima redolent; tradentes hic bre-  
vem sed genuinam iurisdictionis circumscriptae notionem,  
materiamque a scopo nostro minime alienam, quin  
potius cum eo arcte coherentem, interferentes, Lecto-  
ri non ingratos nos fore speramus.*

### §. CXI.

Definitio iu-  
risdictio-  
circum-  
scriptae.

*Iurisdictio circumscripta est, quae exercetur in ali-  
quo terrae tractu, quem limites positi determinant.*

### §. CXII.

Synonyma  
iurisdictionis  
circum-  
scriptae.

*Cum sit iurisdictio circumscripta, quae limitibus cir-  
cumscribitur positis; sequitur, perinde esse, quanam  
re consistant ejus limites. Ergo muri, omnis generis  
sepi-*

sepimenta, lapides limitanei, & pali, huius iurisdictio-  
nis terminos facere possunt. Videmus quoque exinde,  
cur jurisdictio circumsepta, etiam iurisdictio infra pa-  
los, *Gerichte binnen Zaun, Pfahl, und binnen Gerichte, in-*  
*fra muros & septa a) dicatur.*

## §. CXIII.

Supponit jurisdictio circumsepta terminos positos, Quid faciat  
intra quos exerceri possit (§. CXI.): hi vero vel actu <sup>iurisdictio-</sup> nem cir-  
ipso terrae inscribuntur aliove modo imponuntur, vel <sup>cumseptam.</sup>  
ex certa demonstratione cognoscuntur. Quae cuncta  
quoniam factum aliquod praefabiliunt, facile iam est  
ad intelligendum, terminos iurisdictionis circumseptae  
ex ipsis signis finium, vel ex formulis, quae fines de-  
monstrant, vel ex consuetudine cognoscendos esse.  
Hinc jurisdictio circumsepta ex muris & sepimentis per-  
spicitur, cuius fines sunt muri & septa a): ex palis, cu-  
jus fines sunt pali, ut est apud MIRAEVM b): ex ipso  
districto designato c): ex circumscriptione limitum, a  
flaviis, montibus, silvis, aliisque signis petita d).

## §. CXIV.

- a) Charta RUDOLPI IMP. a. 1267. modo allegata.
- 1267. in Monum. Wurtenberg. p.
- b) l. c.
- 916. & MIRAEVS op. Diplom. p.
- c) SCHILTER. voce Mundat.
- 867.
- d) Praeceptum LUDOVICI II.
- Reg. An. 858. sp. SCHANNAT.
- Exemplum hujus iurisdi- Cod. Prob. Wormat. p. 8.
- cionis est in Charta Rudolfi a.

V

## §. CXIV.

Termini  
ejus includi  
regula gene  
rali non pos  
sunt.

Cum in determinanda quavis iurisdictione circumsepta sit spectandum, quod actum dictumque sit tempore constitutionis limitum, aut quales limites consuetudine introducti sint; consequens est, ut termini iurisdictionis hujus varii esse possint, nec regula generali queant includi.

## §. CXV.

Differentia  
inter iudi  
cium clau  
sum & cir  
cumseptum  
prima.

Jurisdictionem termini positi faciunt circumseptam: Terminii vero ponuntur, ne exercitium iurisdictionis ultra spatiū terrae illis circumscripturn procedat (§. CXI.). Ergo jurisdictione circumsepta involvit restrictionem exercitii ad certum terrae tractum: & jurisdictione sepitur restringendi & coarctandi ejus exercitii causa. Judicium vero clausum non dicitur respectu domini castri, qui exercet, sed intuitu praefectorum, qui in districtu castri nihil jurisdictionis exercere valent.

## §. CXVI.

Differentia  
inter iuridi  
ctionem  
circumseptam  
& palarem.

Si termini positi faciunt jurisdictionem circumseptam, & varii esse possunt (§. CXII. & CXV.); jurisdictionem circumseptam a jurisdictionibus palaribus, infra palos, infra muros, Zaun- und Straßen-Gerichte, ut genus a speciebus suis differre constat.

## §. CXVII.

## §. CXVII.

Jurisdictionis circumseptae differentia specifica in re-  
strictione exercitii ad certum terrae spacium per limites  
notatum, posita est. (§. CXL.). Hinc liquet, ipsam ju-  
risdictionem non esse circumseptam, sed ejus tantum  
modo exercitium. Ex quo varia fluunt. Nempe sepi-  
menta & pali & alii termini non mutant genus & intrin-  
secam jurisdictionis naturam. Igitur possunt circum-  
septae esse jurisdictiones personalis & patrimonialis, eccl-  
esiastica & secularis, forestalis, metallifodinaria, militaris, cri-  
minalis, civilis, seu superior & inferior. Ut igitur natura  
intrinsca jurisdictionis circumseptae ex suis fontibus  
peculiaribus, ex placito scilicet majori & minori, ex  
advocatia, centena, judicio provinciali, justitia alta,  
urbano, banno regio &c. non vero ex circum-  
scriptione palari aestimetur, necesse est.

## §. CXVIII.

Multi quidem, inter quos versatur quoque B. STRY-  
KVS a), sunt, qui ajunt, culibet jurisdictioni circum-  
septae inesse jurisdictionem criminalem. Ast quo mi-  
nus horum sententiae nostrum addere possimus calcu-  
lum, ipsa veritate impedimur. Falluntur, & quidem  
vehementer falluntur hi viri docti; non enim paucitas,

a) in Diff. de iurisd. circumf. Cap. 3.

V 2

sed

sed cumulus Chartarum veterum adeſt, quae eorum opinioni contradicunt. Nos exhibebimus primo unum, sed luculentum monumentum, ex quo discere illi posſunt errorem suum, nempe CHARTAM RASONIS DE GAVERA, LIDEKERCKAE ET BREDAE DOMINI b), quae descriptionem jurisdictionis infra palos Abbatiae St. Bernhardi ad Sebaldum complectitur sequentem:

Omnia bona sua, quae de nobis tenent apud Huldeberge infra limites seu palos infra scriptos, cum omnibus commoditatibus, utilitatibus, juribus & iustitiis inferioribus universis, partim in purum allodium & partim in hereditatem perpetuam ab eisdem pacifice & quiete possidenda & habenda, & nihil nobis omnino juris aut nostris successoribus reservavimus - - - praeter dominium altae iustitiae nostrae. De dominio tamen iustitiae seu jurisdictionis dictorum religiosorum in bonis praedictis dubitatum fuit a quibusdam, in quantum videlicet se deberet extendere, & de quibus casibus dicti religiosi possent judicare, ac usque ad quam summam pecuniae ipsi emendas & forifactorum satisfactio[n]es recipere teneantur & levare. Nos homines nostros feudales ap. Bredam convocabimus - - - at illi unanimiter exeuntes & super hoc consilium habentes, diligentissime indagatione & morosa deliberatione praehabita, perspicisque literis eorundem religiosorum, & praescriptione juris quod sibi ab antiquo praescripserunt, redierunt & unanimi consensu suam sententiam & suum judicium protulerunt in hunc modum: Quod dicti religiosi tum ratione litterarum sua-

b) apud MIRAEYM Op. Dipl. pag. 875. seq.

summa

rum quas habent de praediis bonis, tum ratione juris quod sibi usu longissimi temporis praescriperunt, tenentur, & in perpetuum tenebuntur habere in omnibus bonis suis praediis omnes iustitias, jurisdictiones, & satisfactiones sui emendas usque ad summam sexaginta solidorum ascendent, & in perpetuum tenebuntur judicare, cognoscere, seu iudicium facere infra limites seu palos omnium bonorum suorum praedictorum, de omnibus excessibus foreactis & iniuriis quorum satisfactiones & emendas summam sexaginta solidorum ascendent & infra.

E contrario autem in *Charta LUDOVICI MARCH. BRAND.* Anno MCCCXLIII. c) jurisdictione circumsepta & criminalem & civilem comprehendit:

cum iudicio supremo & insino ejus curiae infra saepes. Ex quibus cunctis, vera esse, quae de jurisdictionis circumseptae diximus indole, liquet. Cum itaque sola definitio jurisdictionis infra palos statim indicet delictum inter iudicia clausa & circumsepta, relinquentes hanc materiam, e diverticulo in tramitem redcamus.

### §. CXIX.

Demonstravimus originem castri germanici qua vobis transitus ad Caput sextum.  
cem & qua rem, & hanc posteriorem utramque, nimirum historicam & moralem: Notionem quoque castri distin-

c) ap. LUDEWIG in Reliq. MSS. Tom. VII. p. 74.

V 3

153 CAP. VI. DE QUALITATE POSSESSIONIS

distinctam ac completam exhibuimus: nec singulari non tractatione castrorum pertinentias & possessores indicavimus, juribus insignibus, quibus gaudent praeceteris possessoribus, non omisis. Reliquum ergo est, ut tandem de ipsa qualitate possessionis castri, alodiali nempe & feudali, verba faciamus.

C A P V T S E X T V M

D.E

QUALITATE POSSESSIONIS CASTRI  
GERMANICI EIVSQUE REGALIVM,  
IVRE ALLODII ET FEVDI.

§. CXX.

**C**astra cum pertinentiis omni aeo in Germania fuerunt in commercio (§. LXXXV. ad §. XC.). Castrorum pertinentiae consistunt in complexu regalium (LXXX.), & faciunt castri essentiam (§. XXVII. ad XXXIV. & §. XL ad §. XLV.). Ergo quoque regalia castro ut pertinentiae cohaerentia, in Germania semper in commercio fuerunt. Et quoniam castrum significat omnia regalia ad castrum pertinentiarum nomine spectantia; consequens est, ut possessio castri sit simul possessio regalium ad castrum exerceri solitorum.

§. CXXI

§. CXXI.

Ex his fluunt prono alveo, quod I., qui possidet castrum, ad probandam specialem concessionem regalium ad castrum pertinentium non teneatur: II.) quod possessio castri ejusque que regalium allodialis & feudalis esse posse: III.) quod dominus castri principi titulum, quo dominium castri eiusque regalium adquisivit, edere non sit obligatus: quod IV.) ad prescriptionem regalium horum tempus immemoriale non requiratur.

Ducuntur  
ex hoc qua-  
tuor conclu-  
siones.

§. CXXII.

Quamquam haec omnia ex iis, quae in antecedentibus a nobis dicta sunt, probationem iamiam consequuntur, & principiis firmissimis nitantur: ut tamen variis, quae a *Ictis* non veritati studentibus, sed in principe quovis imperii, regalium omnium, etiam, ut vocantur, communicativorum fontem unicum querentibus obverti solent, argumentis obviam eatur; nostrae sententiae pleniorum paulo tractationem adiungere hic, animus est.

Requirunt  
quidam ad  
legitimam  
regalium  
possessionem  
specialem &  
expressam  
principis  
concessio-  
nem.

§. CXXIII.

Primum, quod urgent adversae parti addicti, est *specialis & expressa regalium concessio a principe proveniens*. Dicunt enim, omnem possessionem castri, adeoque regalium, ut sit legitima, requirere expressam principis

con-

concessionem. Quae sententia, in his terris quidem, dominis castrorum vel ideo damnosa non esse potest, quod, uti jam docuimus, eorum regalia castris adnexa, veluti potestates publicae, jurisdictiones & alia jura eminentiora quam plurima, per ipsas leges provinciales & comitiorum provincialium recessus adprobata, stabilita, magisque corroborata animadvertisimus. Verum enim vero quoad alias etiam provincias Germaniae, communis haec fere, sed perverfa, Doctorum opinio ipsi Germaniae statui, legibus & consuetudinibus adversatur; vel maxime si status controversiae ita ponatur, ut queratur, *num dominus castrorum legitimus esse nequeat, nisi nominatam atque expressam castrorum regaliumque concessionem a Domino territorii prefectam ostendere valeat.*

## §. CXXIV.

Status con-  
troversiae &  
responso.

Ut vero dissentientibus omnis novas obiectiones ex cogitandi abrumpatur occasio, monendum ducimus, statum controversiae versari circa 1.) *Regalia*, quae possessor castrorum ejusque majores ad castrum semper exercere soliti fuerunt: 2.) *Dominum castrorum*, qui simul est vir nobilis, Dynasta, aut regni ministerialis: 3.) *Regalia*, quae e more cuiuslibet provinciae castro ut pertinentiae adhaerunt, & ad illud semper exercita sunt: 4.) *Regalia castrorum adhaerentia*, a potestate Ducum & Comitum ex-

enita:

CASTRI GERM. EIVSQUE REGALIVM &c. 161

emta: 5.) *possessores* castrorum, qui praedia Dynastica vel Comitum possederunt: 6.) vel *dominos*, qui castrum aut ut allodium aut feudum datum oblatumque tenent.

§. CXXV.

Quibus omnibus praestructis, regalibusque omni Probatio aevo in Germania in commercio positis, (vide §.LXXXIII. prima, ad §. xc.) nescimus certe, qua tandem veritatis specie quispiam fundamentum possessionis *castrorum eiusque regalium* in speciali & nominata Domini territorialis concessione collocare valeat.

§. CXXVI.

Praeter haec autem quae diximus, multa adfunt a- Probatio lia, quea nostram sententiam omni plane dubitatione (secunda) ulteriori eximunt. Nempe IMPERATOR est ille unicus fons omnium regalium vere talium, quea nimis- rum olim partes juris maiestatici fuerunt: Ex hoc fonte regalia exiverunt in commercium, iisque rebus, quea in patrimonio existunt, *salva tamen suprema maiestate*, annumerata sunt. *Hoc regalium profusivum non solum in Principes, verum etiam in Episcopos, Abbates, Monasteria, Nobiles, Dynastas, Milites, Equites & quosvis alios effundebatur, sic, ut modo jure beneficii, modo aliorum puri, haec regalia tanquam maiestatis rivuli, his possessoribus affluenter; prout supra satis probatum dedimus.*

X

§. CXXVII.

Probatio  
tertia.

§. CXXVII.

Sed ipse Germaniae nostrae status atque conditio nostram mirifice firmat sententiam. *Saxonia olim omnis-que reliqua Germania divisa in multos pagos seu provincias erat: in quarum singulis, praeter Comitum Comitias, praesidatus seu praefecturas, Nobiles & Dynastae cum suis praediis & potestatibus dominicis magno numero deprehendebantur. Hac Praefecturae, hi Comitatus aliaeque legationes a Caesare unice pendebant: territoria clausa vero recens excogitata, tunc temporis ignorabantur*<sup>a)</sup>: penes reges Germaniae suprema Majestas erat. Quamvis etiam negari nequeat, Pagis quibusvis suos pagenses suosque limites fuisse; praefecturae tamen pagorum unice a Rege pependerunt: praeter quas, ut dictum est, innumera bona de immunitate sub exemptione omnimoda a potestate seculari Ducum & Comitum; nec non multae *advocatiae*, a regibus in beneficium aut allodium concessae, extitere; ad quas insignis multitudo Dynastarum, virorum nobilium & potestativorum accessit. In hos omnes non modo ab Imperatore tanquam unico fonte, regalia derivata sunt, sed etiam inter hos ipsos possessores in varia diverticula abierunt; ita ut inter possessores secundarios regalia secum communicata, uti aliae res in commercio, de manu quasi in manu translata fuerint.

§. CXXVIII.

<sup>a)</sup> Prout ostendit *struvius* in Jur. Publ. cap. 5. §. 5.

§. CXXVIII.

Cum igitur in magno hoc profluvio regalia in via Conclusio-  
ria fluxerint diverticula, quorum receptacula faciebant  
<sup>nes.</sup>  
Duces, Episcopi, Abbates, Comites, Dynastae, No-  
biles, Equites aliquique homines franci; facile patet, in  
his omnibus, licet multi eorum hodie superioritate  
territoriali gaudeant, fontem regalium quaerendum  
haut esse; quin potius omnes eosdem, quae habent re-  
galia, ex unico & communi fonte, scilicet Imperatore  
hausisse. Ergo, si a territoriali superioritate abstraham-  
us, 1.) *omnis regalium quae sunt in commercio, seu commu-  
nicativorum, possessio in Germania unius naturae & indolis est.*  
2.) *Qui a Principe Germaniae vel alio, qui superioritate terri-  
toriali eminet, castrum & regalia titulo allodii vel feudi ad-  
quirit, haec omnia non e fonte, sed e rivo loco haurit.* 3.) *Qui  
possidet castrum & regalia, speciam & nominatam eorum  
concessionem a principe profectam ostendere non tenetur.*

§. CXXIX.

In alia omnia abiit B. CANCELLARIUS DE LUDWIGE- Profertur  
WIG a), concludens: *Quoties princeps de sacro patrimonio* Ludewigii  
*vel suo vel rei publicae aliquid donavit, indulxitque vel bene-  
ficiariis militibus vel clericis & sacris collegiis, venandi iura*  
*prae-*

a) in Diff. de Venatu regali D. V. p. 31.

## 164 CAP. VI. DE QVALITATE POSSESSIONIS

principio loco reservavit sibi tacite instar regalium, quae nemini indulta nisi privilegio, quod docendum, non credendum temere &c. Quae LUDEWIGIANA opinio partim ad nos nil spectat, partim vero facillimo negotio refelli potest. Ad prius enim quod attinet, omnia regalia a principe in praesentes eorum possessores translata esse, nemo sane facile eo audacie processerit, ut affirmet: Plerique possessores castrorum & regalium communicativorum acceperunt eadem non a dominis suis territorialibus, sed ab aliis, uti in his terris multi ab Episcopis Paderbornensibus, Moguntinis, Hildesienibus, Bremensibus, Verdenibus, Magdeburgensibus, Halberstadienibus; ab Abbatibus Corvejensibus, Fuldenibus; ab Abbatissis Gandersheimenibus & Quedlinburgensibus; quibus omnibus Reges castra, curtes, vicos, & villas, cum omnibus regalibus & exemptione a potestate seculari, dederunt, castra sua eorumque regalia tenent. Praeter haec multi sunt ex equestri ordine hodiernorum, regalium, professorum, qui olim vel ipsi Dynastae fuerunt, vel praedia dynastica sive iure allodii sive feudi possident, quibus, cum regalibus, ab exterioris, non vero dominis territorii suis investiti sunt: quo spectant illa feuda, quae in his terris quibusdam nobilibus a comitibus Schaumburgenibus & Schwanenburgensibus data sunt. Quid quod ipsi nobilium  
multi

multi allodia sua principi suo in feudum obtulerunt, eaque in eadem qualitate a principe in feudum receperunt. Cum itaque principium LVDEWIGIANVM his omnibus non quadret, quippe quod tantum principem ipsum aliquid de patrimonio suo alienantem concernit; illud sane nobis non obstat, nec adeo necesse est, ut hac ratione contra B. LVDEWIGIUM disputemus, qui in his nobiscum conspirare videtur, dum ipse *praedia originaiae nobilitatis & feuda oblata* a suo axiomate excepta esse voluit.

§. CXXX.

Ad nos igitur axioma LVDEWIGII in eo tantum spectat, quod nimirum princeps e patrimonio suo alienans aliquid, regalia sibi reservasse censendus fit, nisi ea nominatim & expresse privilegio indulserit. Posset quidem LVDEWIGIVS solo refelli eo, quod regalia, salva superioritate territoriali & maiestate quae consistere possunt, in commercio posita sint, quod jam demonstravimus. Sed aliis quoque rationibus LVDEWIGII opinionem prosternere refert. Nimirum nulla adest ratio, quae suadet, ut princeps in alienatione regalia regulas sanac rationis & hermeneuticas respuere debeat vel possit. Jam vero si eas spectare velis, certum est, *nominatim vel specialiter* non solum esse, quod

X 3 fit

fit expresso nomine, sed etiam aliqua demonstratione quae mentem facientis vel dantis declarat. Quare ergo regulae bonae interpretationis, quare praecepta philosophiae rationalis, quaeso, in solo principe castra & regalia alienante non valuerint? Omnia sane regalia derivativa, a majestate separata, quoad dominii capacia sunt, transferri possunt & transferuntur eodem modo, quo alias dominium in alium transit. Quoniam autem, uti constat, non modo castrum pertinentiae sunt quadam regalia ejusmodi, imo castrum essentiam constituunt, castrum adeoque simpliciter positum comprehendit regalia, regalia denique omni aevi, id quod magnus formularum a nobis passim exhibitarum numerus docet, sub pertinentiarum appellatione, aliaque quavis demonstratione, alienata cum castro fuerunt; Conclusio Ludewigianis principiis plane opposita sponte fluit, quod in alienatione a principe de patrimonio suo facta, a regulis regiae rationis non sit recedendum. Hinc porro consequitur, ut princeps e patrimonio suo alienans aliquid, cuius pertinentiae sunt regalia communicativa, regalia simul alienaverit, etiam absque concessione expressa. Et quandoquidem regalia sunt castrum pertinentiae, & quidem quae ad castrum exerciti solita fuerunt semper; tertia sequitur conclusio, Ergo alienans castrum princeps omnia regalia alienavit, quae castro ut pertinentiae adhaerent, nisi quadam ex illis in castrum alienatione expressè sibi reservaverit. §. CXXXI.

§. CXXXI.

Cum per ea, quae diximus, propositio illa: *Dominum castri ad probandam specialem concessionem regalium ad castrum pertinentium non teneri; omni scrupulo liberatis, eo minus dubitare debemus de veritate principiorum ILLVSTRIS STRVBII a): Castro accedere quae a Consuetudine deputantur; MENOCHII b): Castro concessio jurisdictionem antea ibi exerceri solitam concessam intelligi; STRYCKII c): Pertinentiam praesumi, qua praedecessores ad castrum usi sunt; STRUVII d): Jurisdictionem altam sine criminali, specialem non requirere concessionem, si vasallus demonstrare posset, hanc etiam ab antiquo esse adnexam.*

§. CXXXII.

*Possessio castri eiusque regalium est vel feudalis vel allodialis* (§. cxxi.). Quoniam enim castra & regalia eo-  
rum in Germania omni auctate fuerunt in commercio; adquiri eadem posse oportet omnibus modis, quibus aliarum rerum dominium adquiritur, nec non adeo eorum possessio eandem qualitatem cum possessione aliarum rerum in patrimonio privatorum existentium sine dubio habet. *Est igitur regalium possessio vel feudalis vel allodialis.*

§. CXXXIII.

a) in der Rechtlichen Prüfung in causa von Söhlethal wieder von Kankyn a. 1732. p. 10.  
b) de Praesunit, L. III. praef. 97.

c) de Jure Pertin. C. II. n. 90.

d) in Jurispr. feud. Cap. VIII.

§. 18.

## §. CXXXIII.

Adducuntur opinions secus putan- tiūm. Omnem castri & consequenter regalium ejus pos- sessionem esse feudalem, nullam allodalem, quidam defendere student, nixi praecipue his fulcris: I.) Fuisse olim jurisdictionem seu potestatem publicam judicioriam partem imperii & potestatis, quam reges Carolingici ipse in curiis & palatiis, vel etiam per alios, nempe ministros & judices, ut Comites palatinos, Comites, Missos regios; ipse comites vero iterum per Vicecomites, Vicarios & Centenarios, semper tamen ex iudicio populi & scabinorum exercuerint; ex quo consequatur, ut exercitium iurisdictionis his ut officiatis & instrumentis quasi competet. II.) In sequentibus temporibus iurisdictionem ipsam quibusdam iudicibus in feudum esse datam, ut inde orta fuerit distinctio iudicis inter belehn- ten & gekobrnen Richter a), non vero inter Iudicem feudal- em & allodium. III.) Provocant ad Libellum veterem de beneficiis, in cuius §. LXVII. occurrant verba: Iudicandi beneficium non descendit in quartam manum, nisi sola praefectura quae super judices habet b); quae lucem capiunt

ex

a) Quae distinctio locum ha-  
bet suum in Jur. Prov. Saxon. L.  
I. art. 64. de qua omnino viden-  
dus est ILLVSTRIS GRVPEN  
Obf. V. de Geograph. p. 1081. &  
ad Jus Prov. Sax. L. I. art. 48.

b) Quae verba in Jur. Prov.  
Saxon. L. III. art. 45. sic expri-  
muntur: An de verden Hand-  
schal nen Lenkommen, dar Gherieb-  
te si over Hand und over Halt,  
werne Schultedan allen.

ex *praecepto Ottonis c*), ubi dicitur: *Domum cuius Advocatiae a rege, cui maior est advocatus, plus quam ad tertiam manum non deveniat; cuius interpretatio est, advocatiā tantum exerceri posse a rege tanquam prima manu, ab advocato qui facit secundam manum, & a subadvocato id est tertia manu, non vero a subadvocatorum advocatis quibus quarta manus constituitur.* IV.) *In territoriis cum jurisdictione concessis, alienationi & privativae concessiō locum non esse, sed concedenti reservatam intelligi potestatem superiorē.*

§. CXXXIV.

Et ex hoc quarto imprimis principio *COCEIVSA*) Eorumque  
& *THOMASIVS b*) sequentia deducunt: „ I.) Jurisdictionem pleno allodii jure concedi non posse: II.)  
„ Jurisdictionem feudi jure datam intelligi: III.) Jurisdictionem cum castro vel terra concessam, cum ter-  
rae inhaerent, haec vero semper jure feudi concessa  
„ praesumatur, terrae naturam sequi: IV.) quod regalia non possint esse allodialia, sed saltem suo modo feu-  
„ dalia:

c) Anni DCCCCXLVIII. ap. 5. & 7.  
MIRAEVM op. Diplom. p. 42. b) in Diff. de Cautelis circa  
a) in Diff. de Praefumt. Qual. doctrinam de Praefumt. allodial.  
feud. Comitatuum Tit. IV. §. 4. pag. 45.

Y

170 CAP. VI. DE QUALITATE POSSESSIONIS

„dalia: V.) quod regalia sint particulae majestatis seu  
„summi imperii: VI) quod rex alienans regalia, ea-  
„que transferens in subditum, defineret rex esse.

§. CXXXV.

Ad quas  
repondetur  
generatim.

Quamquam haec cuncta, quae a *ICtis* contra rega-  
lium qualitatem allodialem in medium afferri solent,  
argumenta a nobis in antecedentibus plus simplici vice,  
ubi regalia communicativa esse in commercio proba-  
vimus, labefactata sint; novis tamen maximeque strin-  
gentibus eadem rationibus denuo removebimus. Cum  
enim principium (§. cxxxiii. n. iv.), quo conclusiones  
adductae (§. cxxxiv.) nituntur, ad concessionem *juris-  
dictionis & regalium* in allodium, *de quibus nobis sermo est*,  
non possit adipicari; facile patet, ipsas quoque conclu-  
siones nos non tangere. Nunquam nimur nobis in  
mentem venit adserere, *quaevis regalia* concessionis in  
allodium capacia esse: loquimur enim „de ea *jurisdi-  
ctione*, de illis regalibus, quae sine respectu domi-  
„ni directi, quod alias feudi domino competit, maje-  
„stati subordinata sunt, quae sua propria forma & na-  
„tura constant, quae acquisitionis & dominii pleni  
„recipiendi capacia, majestatem supremam agnoscunt,  
„& quae salva hac, licet ab ea separata & distincta,  
„confistere possunt.“ Hujusmodi regalia vero in allo-  
odium

dium concedi posse, non facile quis negaverit, nec ini-  
ficiatur ipse THOMASIVS, dum regalia in dominio  
esse posse, & a maiestate & imperio non inseparabilia,  
largitur.

## §. CXXXVI.

Olim Reges Germaniae pollebant sine dubio ma-  
iestate atque imperio, relictis populo rerum dominiis,  
quae nihilominus maiestati & imperio subiecta erant.  
Quemadmodum autem *majestas ac dominium*, quod ne-  
mo unquam in dubium vocavit, toto coelo differunt,  
& diversum plane quid indicant; ita Reges Germaniae,  
haut ignari, regalia sua, jurisdictiones suas, advoca-  
tias, omnesque fisci regii partes, ad imperium suum,  
ad maiestatem non pertinere, sed esse sui dominii, sui  
juris, suae proprietatis reputantes (§. xxvi.ad xxxiv.),  
haec regalia, quee hodie communicativa appellantur,  
sub consueta formula: *salva tutione & defensione*, id est,  
*salva majestate & imperio*, donationibus aliisque aliena-  
tionibus in subditos transtulerunt. Ex quibus patet,  
alienationem & concessionem regalium in allodium  
*salva majestate & imperio confidere omnino posse.*

Probatio no-  
stra senten-  
tiae prima.

## §. CXXXVII.

Quae diximus, probatu haut sunt difficultia. Quod Probatio  
si enim constat, *proprium, proprietatem, ecknet domi-*  
Y 2 *nium* secunda.

172 CAP. VI. DE QVALITATE POSSESSIONIS

nium & *jus dominii*, & *allodium* idem significare in me-  
dio aevo *a*); de concessione regalium in *allodium* du-  
bitare non debemus, utpote cujus exempla concessio-  
nis multa prostant, nimurum de „*banno Dignitatis re-*  
„*gliae Judaeos disstringendi b*): De *Vestigali*, *Teloneo*,  
„*moneta*, *jure perenni* in *proprium concessio c*): De  
„*Teloneis* & *quicquid fiscus dominicus* in *vadiis, fre-*  
„*dis, justitiis legalibus possedit, in proprietatem con-*  
„*cessis d*): De *fiscis Comitatus & omnibus omnino in*  
„*proprium concessis e*): De *omni exactione Comita-*  
„*tus civitatis, annalis videlicet seu septimanalis The-*  
„*lonii quaestus, vestigali, quod rotaticum dicitur,*  
„*totoque dominio cum jurisdictionis honore & pote-*  
„*state in proprium donatis f*). Quae omnia satis  
superque docent, jurisdictionem & reliquas fisci partes,  
eaque regalia quae-castris adhaerent, in dominio regis  
fuisse, atque salva tuitione & defensione in privatorum  
commercia quovis modo abiisse.

§. CXXXVIII.

*a)* Conferatur *Charta IOHANNIS Episcopi Minden*is anni 1244.  
ap. *LVNIG. Reichs-Archiv Tom. XVII. p. 113.*

*b)* *Charta OTTONIS A. 965. ap. EVNDEM I. c. T. X. p. 326.*

*c)* *Charta OTTONIS anni 941. ap. EUND. I. c. p. 340.*

*d)* *Charta LUDOVICI II. anno 858. ap. SCHANNAT.*  
*Hist. Worm. Cod. Probat p. 6.*

*e)* *Praeceptum LUDOVICI IV. ap. MARTENE Tom. I. Col-lect. p. 262.*

*f)* *Charta HENRICI I. a. 918. ap. ECCART. in origin.*  
*Habsburg. pag. 179.*

## §. CXXXVIII.

Sunt qui nobis obloquuntur: Dominium directum indicasse medio in aeo id quod majestatis & potestatis supremae est, adeoque licet alienatis & in proprietatem concessis fisci partibus, tamen penes regem & principem alienantem semper dominium directum remansisse. Verum enim vero, ut taceamus, hanc sententiam esse cerebrinam, omniisque probatione destitutam; refellitur hoc monstrum eo, quod recentiori etiam aetate *judicia, omnes redditus, tributa, iustitia alta & bassa, reliquaque regalia communicativa*, in eo sensu quo hodie & omni seculo allodium accipitur, expressis verbis *allodiis adnumerantur*; quod praeter bene multa a) diplomata, *Charta WALLERAMI DOMINI DE VALKENBURG anno MCCLXXIV. b) & Compos. Charta anni MCCXXXVIII. c) probant.*

## §. CXXXIX.

Stat igitur inconclusa, quam formavimus (§. cxxi.), Conclusio conclusio: *quod possessio castri ejusque regalium allodialis & feudalis esse possit.*

## §. CXL.

*Dominus castri ejusque regalium, titulum principi edere non tenetur* (§. cxxi. n. III.). Quoniam enim, uti fatis

jam

*Dominus Castrum ejusque regalium titulum principi edere non tenetur.*

a) Vid. SCHANNAT. Vindem. Troph. Brabant. Tom I. p. 106. T. I. p. 43. 49. 72. c) ap. Eund. l. c. pag. 80.

b) apud BVTKENIVM in Y 3

## 174 CAP. VI. DE QVALITATE POSSESSIONIS

jam constat, castra fuerunt omni tempore in commercio, regalia etiam eorum per manus quasi privatorum ambularunt; sequitur, possessionem castris ejusque regalium a possessione rerum caeterarum in commercio constitutarum neutiquam esse diversam. Sicuti vero nemo ad rerum fuarum possessionis titulum principi edendum obstringitur; sic nec intuitu castris quod possidet, ejusque regalium ad id obligari ullo jure poterit.

## §. CXLI.

Dissentient  
tium opinio-  
nes,

Dissentientes a nobis animadvertisimus ICtos duos famigeratissimos, puta STRYKIVM *a)* atque HER-  
TIVM *b)*: Ille absque ulla restrictione affirmat, posse-  
fore regalium fiscalium domanialium ad titulum principi e-  
dendum teneri; quam suam conclusionem deduxit e prin-  
cipiis quae sequuntur. Nempe I.) quando quis possidet  
rem, quae ad illum non spectat, sed ad alium, tunc  
possessori resistit juris communis praesumtio, & posses-  
sio non praesumitur legitima. II.) Regalia sunt jura  
summo principi ad tuendam summam potestatem, emi-  
nentiam, dignitatem & splendorem concessa. III.) Prin-  
ceps fons & origo est, a qua regalia in subditos deri-  
vantur. IV.) Concessio principis est tanquam basis &  
fundamentum ipsius possessionis: ergo ea doceri deberet,

five

*a)* in D. de Quasi poss. prob.  
§. 2. & 3.

*b)* de Necessitate edendi titu-  
lum Cap. 3. n. 3. n. 14. 15.

sive in possessorio sive in petitorio versemur. V.) Regalia non aliter praescribi aut adquiri, quam per titulum in privilegio seu litteris investiturae expressum, atque alium titulum vix fingi posse. Hic autem, nempe HERITIVS, cum STRYKIO consentit, addita tamen limitatione, quando primaevus naturae status repugnet, & quando actor fundatam jure communi intentionem habeat.

## §. CXLII.

Antequam ad singulorum horum principiorum specialem accedamus rejectionem, quaedam in genere adversus illa monere placet. STRYKIVS, licet magna ei nullus denegabit facile merita in jurisprudentiam, tamen quoties manus admovit materiae juridicae, quae lucem capere debet ex historia & antiquitatibus, toties infelicem & paene inutilem laborem praestitit, adeoque oleum & operam perdidit; historiam enim sciebat cum ignarissimis a). Quid ergo mirum est, bonum STRYKIVM in tractatione materiae, quae sine cognitione adcurata antiquitatum germanicarum & status Germaniae intelligi nequit, lapsum esse, dum eam superstruxit ICtorum Hispanorum, Gallorum, & Italarum, quibus incognitus plane fuit Germaniae conditio,

a) Quod probavit Illustris GENNERVS. in opere: *Grundij's zu einer umständlichen Historie, &* quidem in praefatione eruditissima pag. XXV. sq.

## 176 CAP. VI. DE QVALITATE POSSESSIONIS

ditio, principiis, quae ad jura germanica applicare voluit. Post haec autem, qui ea, quae in superioribus libelli nostri partibus de regalium in Germania indole & natura in medium protulimus, leviter tantum inspexit, & STRYKIANA & HERTIANA axiomata partim falsa esse, partim ad statum Germaniae nil pertinere, facile videbit. Sed nihilominus, ut nempe veritas nostrae sententiae eo magis elucescat, sigillatim ea confutare placet.

## §. CXLIII.

**Confusatio** <sup>ans</sup> **specialis pri-** Resistentia juris, ad quam *ICti* tanquam ad sacram anchoram confugere solent, nisi ea sit *absolute talis* & ita comparata, ut possessionem & adquisitionem dominii in universum & indistincte prohibeat, qualem ipsi quidem Doctores adversae partis <sup>a)</sup> putant, neque possessori in possessorio, neque peritori in petitorio, *absolute* obstat potest. Si igitur sententiam suam legitime probare volunt dissentientes, oportet, ut ante omnia indicent tales res, talia jura, quorum adquisitioni privatae & possessioni lex absolute & indistincte existat. Respondere ad haec solent: Regalia esse ea ipsa jura, quorum possessio & adquisitio in universum privatis interdicta fit, nisi ex speciali concessione principis

<sup>a)</sup> Vid. LYNCKER. Resp. LVSTR. BOEHMER. I. E. P. Volum. I. Resp. II. n. 209. I.L. L. II. Tit. XXVI. §. 44.

cipis aut praeescriptione immemoriali. Sed dicunt haec faltem, non vero probant. Contra ea, uti monstratum iam est, *regalia* quae dicuntur *minora*, sunt & ab omnibus habentur *communicativa*, *transeuntia*, *derivativa*. Sunt enim in commercio, & adquiruntur extra concessiones principis, extra praeescriptionem immemorialem, omnibus modis, quibus dominia rerum adquiri solent b). In re vero alienabili & cuius est commercium, nemo titulum possessionis suae edere teneatur c).

## §. CXLIV.

Non enim solum cerebrini sunt, sed etiam continent petitionem principii, flores illi, quibus demulcent turpiter principes suos, quidam Doctores, videlicet: *Regalia esse res quae a populo, summo principi ad tuerandam summam potestatem, eminentiam, dignitatem & splendorem concessae sunt, & quae a principe quasi ex fonte unico fluant.* Qui noscit fiscum regium *Gothorum*, *Wifsgothorum*, *Longobardorum*, *Francorum*, simulque inspicit *Codicem Theodosianum*, etiam nobis non monentibus videbit: Reges Germanorum in partibus imperii romani, in fiscos

b) Consentit MEVIUS p. IV. n. 272. VVLTIEIVS Vol. II. Decis. 292.

c) LYNCKER Vol. I. R. II.

fiscos imperatorum maximam partem successisse, omni-  
aque ea, quae ad fiscum imperatorum pertinuerunt,  
fisco suo attribuisse *a*). Sicuti vero, docente HEL-  
NECCIO *b*), tandem apud Romanos inter aerarium,  
eius dominium apud populum, administratio penes  
principem erat, & inter fiscum, cuius proprietas po-  
puli, ususfructus principis fuit, omne discrimen sub-  
latum est, ut hinc aerarium & fiscus idem fuerint *c*);  
ita quoque de fisco regali germanico idem dicendum  
est: *Siquidem proprietates juris regii ad fiscum pertinentes: Rex ex proprio jure regis ex praefato fisco: Propriae res, duo scilicet fisci: Res in ditione regis, i. e. omnes allodes, quae in jus & dominationem regis devenerunt: Dominium regale, dominicus fiscus, regale jus, regis dominium: Res regiae potestatis: Totius reipublicae frumento: Res juris regni *d*)*

idem

*a)* Conf. pse LVEWIGIVS de Jure Feud. cap. VIII. q. 5. p. 465.

*b)* in Elementis Digest. Part. VII. §. 288.

*c)* L. XIII. pr. Lib. 15. D. de Jure fisci. L. I. §. 9. Dig. ad Leg. Corn. de Fal. l. ult. C. de Quadrage. praescript.

*d)* Haec omnia quaere in Charta HENR. IV. a. 1062. ap. MEICHELB. Hist. Frii. T. I. p. 258. Praecepto CAROLI SIMPL. a. 916. ap. MABILL. de Re Diplom. L. 6.

n. 125. p. 560. & n. 23. p. 559. praeccepto CAROLI CALVI append.

Capit. ap. BALVZ. Tom. II. n. 108. & Tom. I. p. 781. Charta apud SCHANN. Hist. Worm. Cod. Proh. P. II. Charta OTTONIS I. ap. HEDAM Hist. Ultraj. p. 87. Charta LVBOV. II. a. 858. ap. SCHANNAT. l. c. p. 1. Charta HENR. III. a. 1041. ap. MEICHELB. l. c. T. I. P. I. p. 238. Charta OTTON. III. a. 999. ap. MIRAEVM Op.

idem significant. Ex quibus patet, omnia ea, quae unquam referri possunt, ad fiscum regalem germanicum spectasse, de quo reges Germanorum, ut de suis rebus quilibet dominus solet, semper liberrime disponuerunt.

§. CXLV.

Quibus praemissis, duae quaestiones erunt discutienda, nimirum, *an & quatenus I) Reges Germanorum, II) principes Germaniae sint considerandi, ut fontes, ex quibus regalia minora unice promanaverint?* Ad quarum primam ita respondemus: Quamvis regius fiscus in Germania fuerit eximius & amplissimus fons, ex quo regalia minora profluxerunt; concludi tamen exinde neutiquam potest, *regalia minora omnia ejus rivulos esse, nulla aliunde hauriri potuisse.* Erim vero antequam imperium germanicum in provincias romanas & germanicas penetraverat, jam regalia minora partim penes populum, partim imperantis erant. Ad romanam sane rem publicam quod spectat, negandum est, quod in ea fuerint talia regalia, *quae in universum & in genere supraea potestatis fuissent, quorumque tanquam generis quaedam species non nisi ex supremac potestatis*

con-

Op. Diplom. p. 263. Charta OT-  
TON. a. 966. ap. LEVBERVM in  
Stap. Saxon. 1606. aliquique di-  
plomatibus.

Z 2

concessione possideri potuissent. Non sine ratione dicimus talia regalia, quae in universum in conceptu suo generico supremae potestatis fuerint; ut puta: *omnes monetae, omnia vestigalia, omnia metalla, in universum.* Si enim saltim una alterave horum species penes impen-  
rantem fuit, reliquae vero species in proprietate priva-  
torum remanserunt; prono alveo fluit, *genus non esse regale*, sed tantum unam alteramve speciem ad regalia referri. Redeuntes igitur in antiquum fisci & romani  
& germani statum, regalia minora in universum & in  
suo genere ad fiscum pertinuisse non animadvertisimus.  
Romae fuerunt bona publica, & bona in patrimonio populi  
constituta. Illa sunt habita *usu publico*: a) qualia reputantur Theatra, Stadia, Fora, Fana, Porticus, Cam-  
pus martius, &c. *Haec usibus publicis non destinata erant*:  
velut *corpus publici aerarii, & agri publici b)*. Nemo  
autem credit, omnia apud Romanos bona publica, &  
in genere supremae potestatis fuisse. Metalla & Ve-  
stigalia exempli causa, non omnia, sed quaedam tantummodo  
erant regalia: dividebantur enim, ut omnibus constat,  
metalla & vestigalia in publica & privata. Et licet  
vestigalia quaedam ab imperatoribus concederentur,  
nova vero vestigalia absque permissione imperatoris in-  
stitui

a) L. 6. D. de R. V. cic. de  
Q. L. I. c. 17.

b) L. 14. D. de A.R. D. L. 17.  
D. de V. S.

stitui non possent *c*); veruntamen imperatores tantum ea vestigalia concedere poterant, quae regalia ipso actu erant: Civitatibus etiam plerisque municipalibus fuisse agros, pascua, metalla &c. ex quibus vestigia caperent, tam certum est, quam quod certissimum *d*). Ne metallifodinae quidem omnes erant *regalia*, sed tantum aurifodinae: Argentifodinas enim privati habere potuerunt, quas aequae ac vestigalia, decimas publicas, aliaque bona publica, quaestores haut raro vendere consueverunt *e*). Constat ergo per ea quae diximus, reges Germanorum in fiscum romanum ubi succederunt, ibi regalia minora non fuisse extra commercium posita.

### §. CXLVI.

Ad fiscum germanicum quod spectat, hujus per Reges Germanias, adeoque & regalia, in commercia abiisse, maniae non a nobis jam satis quidem probatum est. Sed quaedam fontem re de fisco Saxonico antiquo notare hic speciatim, luet. Galium. Saxonia nempe olim in libertate sua adhuc constituta, cum esset summum imperium penes Concilium Saxonum

*c*) GRUTERVS pag. 164. In script. I. L. 1. 2. 3. C. de Vest. nov. instit. L. 10. D. de Public.

*d*) Quod eruditus ac eleganter monstrat EYRMANNVS de Vestig.

Pop. Röm. p. 128.

*e*) STRABO L. III. SVETONIVS in Galba c. 15. LAMPRIDIUS in Commodo c. 14. CICERO in Q. rat. in Verr. V.

num Generale, praefecturae & pagi penes principes ex statu nobilium, ministerium vero penes ingenuos, totusque populus in bellum exire deberet, mulctae deinde in iudicium caderent ipsum; ne concipi quidem coniectura potest, extitisse tunc temporis fiscum principum. Saxoniam deinde sub Carolingiorum potestatem redacta, fiscus mulctis foliis absolvebatur a). Quamvis etiam Corolus Magnus Saxonum perfidia commotus, missa decima sexus virilis Saxonici parte in Francorum terras, iis *allodia* sua & *hereditates* ademerit b); ea tamen omnia postea ipsis a LUDOVICO VIO restituta esse c) novimus.

### §. CXLVII.

**Conclusio I.** Cum igitur I.) sub Libertate Saxoniae fiscus regalis in Saxonia fuerit impossibilis: II.) Carolus M. Saxones cum Franci univerit: III.) LUDOVICVS PIVS bona damnatorum, fisco regio addicta, restituerit; in Saxonia supremae potestati nihil quoque relictum fuit, quam imperium & ex hoc fluentia jura, ut *Bannus in hostem* & *ad opus publicum*, *Constitutio magistratum*, *Compositiones*

emen-

a) Capitulatio CAROLI M. de Partibus Saxoniae Cap. 15.

b) Vid. Epist. nobilis Saxonis quae est in Hist. Franc. Tom. II. p. 724.

c) Ex vita LUDOV. PH. c. 13.

ubi: *Saxonibus & Frisonibus ius patriae hereditatis, quod sub patre ob perfidiam legaliter perdiderat, imperatoria clementia restituit, quod alii liberalitati, alii improvidentiae affigebant.*

emendarum, nec non fortasse ea bona, quae Saxonibus restituta non sunt, ut etiam si quid aliud, verbi causa moneta, telonea, institutio fori & mercatus, census regius, bona damnatorum, caduca & vacantia, regiae potestati assignatum fuerit, salvis tamen juribus populi quaesitis. Cauta namque & clementer Saxones tractandos esse ipsi reges videre Corolingici, quod vitae LUDOVICI PII scriptor anonymous loco citato docet verbis: *Eo quod hae gentes naturali feritate affuetae, talibus habenis deberent coerceri, ne scilicet effrenis in perduellionis procacitatem fermentur. Imperator autem eo sibi arctius eos vinciri ratus, quo eis beneficia largiretur, non est spe sua deceptus. Nam post haec a) easdem gentes semper sibi devotissimas habuit.*

### §. CXLVIII.

Satis itaque ex his patet, I.) Reges Germaniae fisco suo Recapitulacion quam omnia regalia in universum & in conceptu suo generico adnumerasse: adeoque II.) reges Germaniae indistincte regalium minorum fontes non esse.

### §. CXLIX.

Si vero vel maxime etiam largiri possemus, reges Germaniae fuisse unicum fontem, ex quo regalia proximanaverint; nihilominus tamen, cum a mille abhinc annis

a) nempe post restitutionem jurium & honorum suorum,

annis regalia minora in commercio , innumerosque possessores consecuta fuerint, non sequeretur, edendum ideo a possessore horum regalium, principi titulum esse: siquidem praeterea reductio possessionis regalium ad fontem primum & impossibilis & inepta foret.

## §. CL.

Principes  
non esse fon-  
tes rega-  
lium, pro-  
batio prima.

Concludentes a majori ad minus, a Regibus ad principes Germaniae, non possumus non etiam, & quidem multo magis, *quaestionem alteram* (§. cxlv. n. II.) negatione solvere. Etenim ne hariolando quidem asseQUI possumus, qua saltim veritatis ulla specie, non dico defendi, sed dici queat: principes & comites, tanquam primam & maxime eximiām *ipſus populi germanici partem a)*, dignitate praetoria sed *administratoria* eminentem, postquam magna temporis intercedēne interiecta, tandem sensim sensimque superioritatēm territorialem, salvis tamen iuribus populi sui, consecuti sunt, esse fontem posse omnium regalium, quae jam multo ante hanc superioritatem adeptam, magno profluvio, omni aevo in populum & plenum commercium demigrarunt. Adstipulatur nobis ipſe LVDEWI GIVS b), alias semper contrarius, adserens, superio-

rita-

a) BALVZ. §. 7. praef. ad Cap. VIII. q. 5.  
b) Jur. Feud. C. VIII. q. 5.  
pitular. ESTOR. de Ministr. p. 573. p. 466.

ritatem territorialem salvis juribus populi & statuum provincialium esse capiendam, his rationibus gravissimis usus: *Jura ordinum provincialium, (sic etiam regalia)* a populo posseffa reservativa sunt; pendentque nec quicquam a largitione imperatoris. Agnovit ipse Imperator Rudolfus, se ordinum provincialium iura & agnitorum & conservaturum semper, a qua obligatione neque absolvit ipse posset, & si posset, absolvit velit. Si ergo, fatente ipso B. LVDEWIGO, regalia ordinum provincialium & populi reservativa, & non ab eo, quod principes ab imperatoribus tenent, iurium complexu pendentia sunt; consequens est, ut eo minus a principe ut fonte fluant, quippe quae extra illum a populo reservata sibi sunt.

### §. CLI.

Ad quae omnia accedit, quod ipsi, qui urgent editio- Probatio-  
nem tituli principi debitam, hanc suam regulam cessare cunda.  
dicant concurrente una alterave ex circumstantiis, quae sequuntur: 1.) Si possessor castri & regalium contra jus adiuvetur: 2.) Si status ille naturalis vel omnino vel magna ex parte immutetur: 3.) Si possessor coloratum titulum possessionis alleget, nimirum scientia adversarii cum exercitio actuum sit coniuncta, aut adversarius per actum positivum approbaverit exercitium alterius, qui manutentiae, ut dici solet, obtinendae sufficiens

A a . . . . . judi-

judicari posit: 4.) Quando non sit vehemens, sed simplex juris praeiunctio contra possessorem, scil. quando jus solum aliqualiter resistat, non obstat simpliciter <sup>a)</sup>. Quoniam enim una ex his limitationibus in possessore regalium plerumque, nisi semper, adest vel adesse potest; principia haec in thesi nostrae sententiae non vehementer repugnare videntur, modo non in eorum perversa ad statum Germaniae applicatione peccetur. Plerumque profecto solet vel potest fieri, ut 1.) aut possessor regalium eadem emtioneis vel alio iusto titulo non a principe suo, sed ab alio proveniente teneat: 2.) aut, licet fortasse princeps fons primus regalium esse potuerit, tamen demigratione regalium in commercia status originarius maxima ex parte immutatus jam sit: 3.) aut princeps videns & sciens regalium exercitium & possessionem, eamque tacendo nec impediendo, approbaverit: 4.) aut, quoniam sunt regalia in allodio, omnisque acquisitionis & alienationis capacia fuerunt, nullum jus possessori castri & regalium simpliciter & omnimode resistere possit.

### §. CLII.

Possessor  
castri ad  
edendum  
principi titu-  
lum juridi-  
ctionis non  
obligatus est.

Cum itaque possessor castri eiusque regalium ad edendum principi titulum obligatus non sit, jurisdictio-

autem

<sup>a)</sup> Conf. HERTIVS I. c. §. 4. & 5. STRYCK. de Necess. edendi titul. cap. III. §. 22. & 23.

autem pertinentiarum castrorum potissimum constitutam partem; sequitur, ut dominus castrorum jurisdictionis, quae ad castrum exerceri solet, titulum principi edere nullo quoque jure teneatur.

## CLIII.

Quo vero jurisdictione est pretiosior pertinentiarum  
castrorum & regalium portio, eo vehementius ICti secus  
putantes editionem tituli ab ejus possessore flagitant,  
principemque eius fontem esse contendunt. Ut autem  
jam taceamus magnum documentorum cumulum, quo-  
rum quedam supra passim a nobis allata sunt, quae,  
castra cum omnimoda jurisdictione in quosvis instar a-  
iliarum mercium translatâ esse, docent; ponamus pa-  
rumper, *principem esse fontem jurisdictionis*, & tamen ni-  
hil contra nos efficietur. Bene namque notandum hoc  
modo erit: I.) *hanc hypothesin* ad illam jurisdictionem, ad  
illa iudicia, quae ex *potestate dominica* exercentur, ex-  
tendi haut posse: II.) *eandem* in jurisdictione, quae  
fluit ex *potestate publica* sive *imperio*, & quae simul ex  
potestatis publicae partibus & iure populi composita  
est, ad illud tantum adplicari posse, quod merae po-  
testatis publicae in Germania olim erat, non vero ad  
id, quod olim ad ius populi spectabat.

Adducitur  
diffidentie-  
tum opinio-  
& refellitur.

## §. CLIV.

A a 2

## §. CLIV.

De natura  
& indole iu-  
risdictionis  
germanicae.

Ut ea quae diximus clariora fiant, quaedam, sed ad naturam jurisdictionis germanicae noscendam ad pri-  
me necessaria, strictum dicemus. Omnis jurisdiction in Germania exercebatur aut *ex potestate publica sive imperio*, per comitem, vice-comitem, vicarium aliquosque Judi-  
ces publicos, aut *ex potestate dominica ab ipso domino*, non solum in homines, vasallos, ministeriales, manci-  
pia & servos, sed etiam circa res, ut silvas, beneficia,  
mansos serviles, censuales, operas & hereditates servi-  
les. Ex potestate publica prodibant tanquam eius spe-  
cies, Placitum comitis, Judicium provinciale, Advocata-  
ria, Centena &c. Dominica potestas produxit species  
varias quoque, puta: judicia parium, dominationem  
in silvis, placitum cum colonis, aliaque judicia, quo-  
rum varia nomina apud *B. HEINECCIVM a)* & *Ill. GRV-  
PENIVM b)* deprehendes. Illa jurisdiction, quae pro-  
venit ex potestate publica, fuit composita ex potestate  
imperantis & iure populi. Imperans in hoc iu-  
dicio praesidio & directione gavisus fuit, populo ius  
scabinagii in edendis & inveniendis sententiis compe-  
tit. Ex his sententiis inventis publica potestas decrevit,  
popu-

*a)* Elem. Juris Germ. L. III.      *b)* Observ. IV. p. 1040.  
Tit. I. §. 66.

populusque adeo ipse iudicio Scabinorum rectus fuit c). Jurisdictio ex publica potestate prodiens cum scabinorum iudicio coniuncta, initio administratoria manu Comitum aliorumque iustitiae ministrorum ad actum perducebatur, non quidem suo & proprio iure, sed ex potestate demandata. In sequentibus temporibus, quamvis summa potestas indissolubili cum Imperante nexu copulata semper manerit, veruntamen quaedam potestates subordinatae, & ad summam potestatem, quam agnoscunt veneranturque, quasi correspeditiae, a summa potestate exiverunt, hereditariae factae, alienatae, donatae, permutatae, oppignoratae, in purum allodium concessae sunt, & adeo in commercii usum abierant. Hoc itaque modo si illa ipsa jurisdictio, quae descendebat a potestate publica, omnibus adquirendi dominium modis subiecta, facta fuit patrimonialis; multo magis jurisdictio, cuius fundamentum est potestas dominica, erit in patrimonio.

§. CLV.

c) Imo fuere casus, in quibus solus populus ex iure populari cum potestate publica, absque principe, procedere poterat,

Definitio  
iurisdictionis patrimonialis.

Quibus praemonitis faciliter iam negotio confici potest definitio iurisdictionis patrimonialis a), nempe quod sit omnis illa iurisdictionis, sive ex potestate publica sive ex dominica descendens, quae est in commercio seu patrimonio, ac proinde eodem modo quo aliae res, & in commercium venit, & praescribuntur, & adquiruntur b).

### §. CLVI.

Jurisdictionis  
queavis patrimonialis.  
esse potest.

Cum enim ex antecedentibus hujus libelli capitibus abunde constet, quod I.) ecclesiis & monasteriis omnibus potestati publicae exemptis facultas placitandi constitueretur advocate indulta sit: II.) Civitates non minus quoque jurisdictionem omnigenam vi consuetudinum, paectorum, privilegiorum, aliorumque dominium adquirendi modorum, adquisitam exercuerint: III.) Castra cum pertinentiis, urbano placito, Burgding, mox in feudum, moxque allodium concessa: IV.) Advocatiae, Gographia-tus, Justitia alta & bassa, mercium instar in alios quosvis translata fuerint: V.) Integrae denique curtes, cum adnexis placitis colonariis, in commercio ambulaverint; Consequens est, ut omnis jurisdictionis, sive potestatem publicam

a) Vocatur quoque Erb-Gericht, Gericht so erbtich oder Lehn, vid. Refol. vor Hoyseche Landschaft von eten Febr. 1697. item, eigne Gericht; Celleische Reform. 1564.

b) Conf. GRAEFFENDiff. de Iuribus praecep. & sing. Jurisd. patrim. C. 2. §. 2. & BEYER. Delineat. Jur. Germ. L. 4. §. 12.

sive dominicam agnoscat matrem, sive jure allodii sive feudi possideatur, patrimonialis esse possit. Quicquid etiam a. HEL-  
NECCIVS aliquis viri, in prudentia iuris nostri patrii alias magni, existiment.

§. CLVII.

Quoniam itaque ea jurisdictio, quae ex potestate publica seu imperio unice provenit, in Germania fuit Conclusio : nullum ca-  
stria domi-  
num iuri-  
dictionis,  
quaedam etiam ju-  
risdictiones populo reservatae, omniq[ue] tempore ab quae castro adhaeret,  
imperio separatae fuerunt, nec non jurisdictio, cuius qualisunque etiam ea fit,  
principium dominica potestas constituit, licet summam titulum principi ede-  
potestatem & imperium summum comiter veneretur & ex te teneri.  
supra se positum agnoscat, tamen ab eo distincta est ex  
coque non oritur; naturali ratione concluditur : Ergo  
dominus castri ad edendum principi titulum iurisdictionis, quae  
castro adhaeret, sive ex imperio summo sive iure populari sive  
potestate dominica oriatur, non est obligatus.

§. CLVIII.

*Ad praescriptionem regalium, castri pertinentiarum, tem- Ad praescri-  
pus immemoriale non requiritur (cxxi.). Quoniam enim ptionem re-  
regalia ea, quae castri pertinentiae sunt, inter res in pertinentia-  
commercio referri debent; nulla adeo ratio, cur non pus imme-  
nisi tempore quod immemoriale vocatur, praescribi requiritur,  
possint.*

§. CLIX.

## 192 CAP. VI DE QUALITATE POSSESSIONIS

## §. CLIX.

Licet diffen-  
tiat maxima  
doctorum  
pars.

Maximus Doctorum numerus aut ex praeiudicio, regalia nulla esse in commercioposse, aut ex falsa interpretatione legum Romanorum earumque perversa adplicatione, aut denique ex studiopartium<sup>a</sup>), huic sententiae contradicit. Quidam enim nullo plane tempore regalia praescribi posse existimant b): quidam requirunt tempus quod hominum excedit memoriam c): aliis vero in bonis principis fiscalibus usucapiendis tempus XL. annorum legitimum esse videtur. Nos contra eorum opinionem, qui metam praeescriptionis regalium in tempus, cuius memoria non extat, reiiciunt, militamus.

## §. CLX.

Praescriptio  
immemoria  
lis regalium  
fundata non  
est in jure  
romano.

Si enim recte inspiciantur leges romanae, fundam in iis haut esse praescriptionem immemorialem, illico adparebit. Invita fane Minerva ex vetustate operis memoriam hominum excedentis, & quidem in actione de aqua & aqua pluvia arcenda, & interdicto de aqua cotidiana & aqua pluvia, cuius mentio fit in legibus romanis a), extorqueri solet. Loquuntur 1) namque hae o-

mnes

a) Vid. LUDWIGIVS diff. de dispari Civitatum Imperial. cum Imp. nexus: Et ad Aur. Bull. Tom. I. p. 767.

b) THOMASIVS Diff. de Praefr. Regal. ad Jura subdit. non pertin. cap. III. §. IV.

c) COCCEIVS in Jur. Publ. cap. V. §. 19.

d) L. II. pr. & §. 1. D. de aqua & aq. pluv. arc. L. 2. §. 3. 4. & 5. 7. 8. eod. L. 28. D. de Probat. L. 23. §. 2. D. de aq. pluv. L. 26. D. eod. L. L. 3. §. 4. de aq. cottid.

mnes tantum de veteritate ipsius operis, nec ad praescriptionem immemorialem saltim per jocum applicari queunt; & continent nihil nisi jura vetustatis operis memoriam hominis excedentis, & quidem in aquae pluviae arcendae actione & in aquae ductu b): 2.) Ortae sunt, ad quas configunt adversae partis Doctores, leges in media Jurisprudentia ex interpretatione prudentum ad Leges XII. Tabularum circa opus manufatum, quo vetus opus memoriam excedens non containeri visum est; Ergo pertinent hae leges ad illud tempus in iurisprudentia romana, quo *vetus longi temporis & vetus longissimi temporis* nondum inventa erant, adeoque ad praescriptionis longissimi temporis, quod jure romano ne dimidiā seculi partem attigit, materiam trahi non possunt. Quis enim facile affirmarit, aetate ICtorum LABEONIS, CASSII, ATTEII, ALPHENI VARI, aliam usucaptionem obtinuisse, quam quae poterat ex XII. Tabulis peti? PAVLVS vero veteratatem operis memoriam excedentis tractatam iam esse ab iis ICtis, quos modo nominavimus, plus simplici vice c) testatur. Consequens igitur est, ut *vetus*

illa

b) Conf. JANVARIVS A COSTA in Comm. in Decretales L. II. tit. 26. p. 423. IAC. GOTHOFREDVS in L. II. Cod. Theod. de longi temp. praescript. CVIA-

civs in Julio Paulo in L. 2. pr. de aqua pluv. arcend.

c) in L. I. L. 2. L. 23. de aq. pluv. arc. L. I. §. 38.

B b

illa immemorialis de praescriptione immemoriali, ut potest re tunc temporis inaudita, intelligi non possit.

### §. CLXI.

Neque in  
jure cano-  
nico.

Quod sita convertas ad evolutionem corporis juris canonici, deprehendes, ibi AD TELONEA EXIGENDA antiquam consuetudinem, cuius non extat memoria a), requiri, & in praescriptione Ecclesiarum & decimarum alienae Dioecesis, ubi praescribenti jus commune est contrarium, vel habetur praesumtio contra ipsum titulum, qui possessori causam tribuan praescribendi, nisi tanti temporis allegetur praescription, cuius contrarii memoria non constat b). Quamvis vero jus canonicum in his duobus casibus exigat tempus immemoriale; illud tamen prae iure civili in foris nostris valere in hac eadem materia, adseri nequit c). Sed pone quæsito, iuris pontificii in praescriptione telonei & decimarum ecclesiae alterius dioecesis auctoritatem, quam juris civilis romani, majorem esse; an non ridiculum foret, hanc exceptionem plane inauditam, circa praescriptionem, juris canonici ad casus non exceptos, & castorum pertinentias, quae sunt regalia communicativa, extenderet?

### §. CLXII.

Neque in  
jure germani-  
cico.

Neque etiam regalium castrorum pertinentiarum praescriptionis immemorialis unquam legibus germanicis pracepta

a) cap. 26. X. de V. S.

b) Cap. 9. X. de Praefcr. in VI. O. II. §. 25. seq.

c) Ill. GRUPENIVS in Observ.

cepta invenitur. Ad praescriptionem in genere secundum jus germanicum quod spectat, ejus terminus generalis, triginta annorum spatium fuit, quod multa probant loca, quae in Legibus Germanicis passim comprehenduntur a), in quorum etiam quibusdam *lex illa Tricennaria THEODOSII IUNIORIS* de triginta annorum praescriptione b), non modo magnis tollitur laudibus, sed etiam in capitularibus regum Francorum, praecipue intuitu *rurum fissi dominici* c) recepta est. Ad praescribenda

a) vid. Capit. LUDOVICI III  
An. 829. Tit. I. BALVZ. p. 661.  
addit. Capit. IV. §. 171. T. I. BALVZ. p. 1232. ut de rebus ecclesiæ,  
quæ ab iis per triginta annorum  
spatia sine ulla interpellatione pos-  
se sunt, testimonia non recipian-  
tur, sed eo modo contineantur, si-  
ne res ad fiduciam pertinentes conti-  
nentur, vid. Capitul. L. 7. c.  
248. T. I. p. 1077. ap. eund. De-  
cretum CHILDEBERTI apud BA-  
LVZ. T. I. p. 18. ubi: de reliquis  
vero conditionibus omnes omnino  
causas tricennaria lex excludit. Ca-  
pitul. L. V. cap. 389. ap. EVND.  
T. I. p. 907. Capit. CAROLI M.  
a. 802. cap. 17. ap. EUND. T. I.  
p. 360. Leges BVRGVND. Tit. 79.  
§. 3. ubi: ut omnes in genere cau-  
sæ intra 30. annos non definitæ  
non amplius commoveantur. Leges

WISIGOTHORVM L. X. T. II.  
§. 4. Leges LONGOBARD. L. II.  
T. 36. Jus provinciale Saxoniu-  
cum. L. I. a. 22. ibi: ein Sachse  
an einen und Erbhefen sich ver-  
setzen oder verschwegen können, bin-  
nen 30. Jahr und Tag, das Reich  
aber und der Schatz sich immer  
an ihrem Erbe verschwegen mögen.  
Item Jus provinciale Alemann.  
apud SCHILTERVM cap. 31. §. 44.  
b) in L. I. Cod. THEOD. de  
Actiōnibus certo tempore finiendis  
Ex qua Lex 3. Cod. de Praescript.  
30. annor. interpolata est, quam  
invenimus in Novellam 2. c. 8.  
a VALENTINIANO III. translatam  
esse.

c) Edict. THEOD. R. c. 69. in  
verbis: *Tricennalis legis salutari-  
num consilium.* LL. WISIGOTH.  
B. b. 2. L. X.

## 195 CAP. VI. DE QVALITATE POSSESSIONIS

benda vero regalia, adeoque etiam ea, quae castris pertinentiae sunt, iure germanico tempus triginta annorum sufficere, multis probari modis potest. Constituant enim hunc terminum capitularia *d)*, quibus neutquam repugnat, sed ea magis corroborat, quod in multis regum praeceptis atque chartis principum in aestimanda consuetudine respiciatur ad id, *quod a majoribus ab antiquo obtinuerit*, videndi causa in *praecepto HENRICI III.* anno *MLVI.* *e)* ubi:

Duodecim de servientibus qui Scaremanni dicuntur, ex *XXIV.* ex antiquioribus de familia per sacramentum iura & confirmare, quibus legibus vel iuribus sub *Henrici Ducis Senioris* & *Henrici Ducis Junioris* servientes aut familia loci illius subiaceret, qualiter placita & iudicia fierent.

Porro Charta *HENRICI Episcopi Ultraiectini anno 1255.* *f)*:

Quod ecclesia Traiectensis gaudere debet omni libertate & jure, quibus eadem ecclesia de jure & consuetudine ab antiquo haec tenus est gavisa. *Vt*

*L. X. Tit. II. L. III. L. IV. Ticeennialis ergo transcursum temporum cum iam sic constanter inoleverit in negotiis actionum, ut non iam quasi ex instructione humana, sed veluti ex ipsa rerum processu natura videatur.* *HIER. BIGNONIVS* *TOM. II. BALVZIVS* *I. c. p. 855.* & *IAC. GOTHOFRED.* *ad L. I. Cod. THEOD.* *de act. certo temp. fi-*

*nendis.* *d)* *Confirmata ab Imp. OTTO-*

*NE, vid. REGINO de dote ecclesiastica Append. I. c. 53. & tanquam leges fundamentales agnita a FRIDER. I. in Charta an. 1152 ap. PAVLIN. in Hervord. glor. MS. c. 13. inque usum in Germania deducta, teste LEHMANNO Chron. Spir. L. 4. c. 21. p. 295.*

*e) apud LVNIG. in Reichs-Archiv Tom. XVI. p. 272.*

*f) ap. HEDAM Hist. Ultraj. p. 216.*

Vt & in sententia FRIDERICI I. in curia Generali in GERM  
LENHVS EN g):

Non credo, quod ita facile mutari possint, quae ex longa antiquitate usus in consuetudinem vertit, imo ipsa consuetudo a progenie in progeniem descendens justa quasi traditione roboravit.

Ut enim taceamus, *consuetudinem*, de qua in his chartis agitur, *a praescriptione* multum differre: si etiam vel maxime vellemus largiri, istam *consuetudinem a progenie in progeniem descendentem & ab antiquo obtinentem*, posse quoque *praescriptionem* in veteribus instrumentis indicare; exinde tamen nullo modo inferri potest, quod illa *praescriptione* intelligenda sit immemorialis: si quidem eiusmodi phrases tantum sunt versiones formulorum in Germania usitatissimarum, quando erat indicanda vetustas aliqua, nempe, *von alters her*, & *von Vatter und Großvatter*. Quando itaque in Legibus Germanicis mentio fit *eines Herbringens* sive *eines alten Rechts*, *juris ab antiquo continentis*, nullibi haec locutiones de *praescriptione*, multo minus *immemoriali tempore* intellectae reperiuntur. Et quamvis B. KRESSIVS b) quaedam

pro-

g) ap. HELMOLD. Chron. Slav.      b) in Diff. de praescr. immem. §. 21, & 25.  
in Script. Bruns. T. II. p. 669.

B b 3

produxerit documenta patria, in quibus memoratur tempus quod memoriam excedit; ex eorum tamen inspectione minime constat, unquam in Germania lege dispositiva iniunctam fuisse praescriptionem temporis immemorialis, sed in quibusdam casibus tantum, ad majus possessioni tribuendum pondus, allegamat fuisse vetustatem immemorialem, vel possessionem iurium per tempus immemoriale confirmatam esse. Tantum igitur abest, ut legibus germanicis praecipiatur praescriptione regalium immemorialis, ut potius nec vola nec vestigium eius inveniatur.

## §. CLXIII.

Neque in moribus Germaniae, stat, jus romanum receptum est, ius canonicum vefed regalia castrorum intra causarum ecclesiasticarum cancellos obtainere pertinentiae coepit, extra eos vero prae moribus germanicis & jure in dubio XL annis praescrribuntur. Postquam vero in Germania, uti inter omnes con- hodie praescriptio immemorialis in regalibus, iisque castrorum pertinentias facientibus requiratur? Mores Germaniae omnis praescriptionis immemorialis nescii, cum non possint flagitare eandem; necesse est, ut, qui nostram quaestione affirmant, mores Germaniae nostrae sententiae contrarios luculenter probent. Jus romanum, ut con- flat

stat (§. CLX.), regalium praescriptionem immemorialem nullibi requirit. Imperator vero ANASTASIVS *a)* tempus iurum tam publicorum quam privatorum, quadraginta annorum esse voluit: *Nullum jus privatum vel publicum in quacunque causa, vel quacunque persona, quod praedictorum 40. annorum extinctum est jugi silentio, moveatur.* Quoniam etiam sub Caesaribus inter aerarium & fiscum omne discrimen exolevit, posterioresque principes adeo haec omnia in unum conflarent, atque sub ANTONINO & CARACALLA aerarium & fiscus idem denotarunt *b):* similique modo Regibus Germaniae & impensis CAROLINGICIS & SAXONICIS inter bona proprii*uris, iuris regni, regii iuris, regalia, res publicas, fiscum,* nullum habeatur discrimen; ita conclusio sponte fluit: *In praescriptione regalium, quae castri pertinentiae sunt, ex lege Anastasia tempus XL. annorum sufficere, nisi legibus provincialibus aut consuetudine alicuius provinciae longius tempus obtineat; quae tamen consuetudo legitime probanda erit c).*

Sufficient haec.

*a)* in L. IV. C. de Praescr. XXX. vel XL. annorum.

*b)* L. XIII. l. 15. D. de iure Fisci L. I. ad Leg. Corn. de Falſi. L. ult. C. de quadrag. an. praescr. HEINECC. Elem. Dig. P.VII. §.288.

*c)* Opponi hic nobis possent Leges Imperii Fundamentales

1.) Recellus Imp. an. 1548. §. 56.

& 59. Rec. Imp. 1576. §. 100.

2.) Aurea Bulla Tit. 8. §. 1. & 4.

*3.)*

200 CAP. VI. DE QUALITATE POSSESSIONIS &c.

3.) Instrum. Pac. Westph. Art. 15. §. 2. Sed cum Recessus Imperii praescriptionem immemorialiē requirant saltem ad immunitatem statuum a collectis imperialibus; Aurea Bulla vero & Instrumentum Pacis continent nihil nisi confirmationem consuetudinis immemorialis in Regno Bohemiae servatae, & iu-

rūm Domus Saxonicae in Abbatis Hirsfeldensi ab immemoriali tempore possessorum, in casibus in specie expressis; has leges de quibusdam singularibus casibus loquentes, pro universalibus legibus de praescribendis immemoriali tempore regalibus haberi hanc posse, quis non statim videt?



ORDINIS IVRIDICI  
 IN  
 ACADEMIA GEORGIA AVGUSTA  
 H. T.  
 DECANVS ET PRAESES ORDINARIVS  
**D. IO. FRIED. WAHL**  
 CONSILIARIUS AVLICVS REGIVS ET ANTECESSOR  
 VIRI  
 PERILLVSTRIS AC GENEROSISSIMI  
**Dn. PHILIPPI CAROLI L. B. de KNIGGE**  
S. R. I. EQVITIS, DOMINI IN BREDENBECK, ET TATTENSEN,  
 HEREDITARII IN LEVESTE ET THALE CETERA  
 LECTIONEM CVRSORIAM  
AC  
 DISSERTATIONEM ET SOLEMNIA IN AVGVRALIA  
 INDICIT.



G O T T I N G A E  
 APVD A. VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.  
 MDCCXXXVII.

ORDINIS IAHIDICI  
PROLOGIUS GREGORII AGRICOLA  
THE  
HISTORIA ET LITERATURA CIVILIS  
D. JO. FRIED. WAHL  
CONSERVATA IN LIBRARIIS MONACHORUM ET AMERICORUM  
AETATE  
DE HISTORIIS CAVILLI ET DE HISTORIIS  
DR. THOMASI CAVILLI ET DR. HENRICI  
MATTHIAS CAVILLI  
ADDITIONES  
COTTONIANA  
ADDITIONES

COTTONIANA  
ADDITIONES

छन्दो लक्षणं विशेषं तत्त्वं तद्विशेषं विशेषं

**V**t nihil est in rebus humanis tam constans, firmum & perpetuum, quod non aliquando vel intereat, vel in naturam aliam conuertatur, sic maxima quoque in dignitates *scholasticas* vicissitudo atque mutatio cecidit, vt, quae non proflus ad interitum redigi potuerunt, multum ramen ac in tantum immutatae sint, vt eadem, quam olim adiunctam habuerunt, auctoritatem non amplius tribuant, sed cultu quaedam ac honore perquam exiguo, verecundia fere nulla dignentur. Neque in sola *literatorum* schola, isthanc commutationem factam esse putandum est, accidit enim eadem conuersio, in *scholis*, tum *togatae* & *palatinae*, tum *sagatae* & *armatae* militiae, quas inter & *literatorum* collegia, sicut tanta est vicinitas ac similitudo, ut praeter *scholae* appellationem, graduum quoque & dignitatum scholasticarum nomina quaedam communia facta sint a).  
ita

a) Vid. *BESOLD* *diff. de studiis, magistr. Licentiat. Doctor.* eorumque priuileg. cap. IV. p. 55. seq.

ita communis etiam ipsorum honorum declinatio esse coepit. De omnibus autem dicere, cum nec vacet, nec instituti ratio permittat, de duabus tantum  *sagatae & togatae* militiae dignitatibus, *Equeſtri* ſcilicet & *Doto- rali* honore, quaedam praefari, eaque attingere animus eſt, ex quibus intelligere liceat, quanto olim in pretio fuerunt & hoc adhuc tempore ornamento ſint, tametli propter abuſum aliquantillum degenerauerunt. Fuit tempus quoddam, cum apud maiores noſtros, qui claris & egregiis natalibus orti eſſent, non literis animum excoluerunt, ſed caſtra ſequuti, arma unice traſtarunt, quibus etiam belli tempore eminere, & labo- ribus fulceptis periculisque aditis heroica virtute ad *militiae* ſive *equeſtris* dignitatis gloriam efferri potuerunt. Quamvis enim apud Germanos omnes *nobiles* & *ingenui* ad arma zu *Schild und Helm* nati eſſent b); ex antiquo tamen patriae more, cuius memoriam poſteris *TACITVS c)* prodidit, quo nemo germanorum prius ar- ma ſumfit, quam civitas ſuffeſtum probaſſet, non ſolum haec conſuetudo remansit, ut pueri *nobiles* & *ingenui die pagen enīſe* praecincti alapa interveniente e- mancipentur, & ſui juris declarentur; werden *wehrhaft gemacht d)*, verum etiam folemnis ritus, equites crea- di introductus eſt, qui, ab aureis ornamentis, *aurati e)* ſiue

b) TACITVS de M. G. c. XIII. XXIV. & XXXIII. SENECA Epift. 36. & Libr. I. de ira. c. II.

c) eit. cap. XIII. de M. G.

d) Hanc emancipationem ab honore militari, quo non ſtatiſt, qui ſui juris facti ſunt, potiuſ- tur, diſcernendam eſſe, bene mo-

nuit. 10. PETR. a LVDEWIG

Jur. Feud. Rom. imp. atque Germ. princip. & prouinc. nobil. Land- ſaff. cap. III. qu. 3. §. V. not. 191. & qu. IV. §. XVII. not. 239. ſq.

e) Ab aureis ornamentis, qui- bus ſubſequutis temporibus tor- qüium:

sive *miles* honoratiori sensu vocati. alios nobiles, ob honorem virtute adquisitum, praecedebant. Nam singularis haec militiae dignitas nobiles non solum ex ignobilibus fecit, sed nobilitatis gradum quoque adauxit, & singulare decus conciliauit, quod sola gentilitia nobilitas tribuere non potuit. Hinc nunquam *miles* sive *eques* in vitam venit, sed tum demum fit, cum solemnibus equestribus adhibitis, in testimonium adeptae dignitatis militaris, aurati calcaris, & quo humeri feriuntur, gladii aurati ius traditum accepit. Neque fere est regnum a populis germanicis conditum, quod non solemnem hunc ritum & ceremoniam inaugurandi equites auratos usu serueret f). Et tanto quidem in pretio honor baltei sive militaris cinguli apud Germanos fuit, ut non filii tantum Comitum, Principum, Regum & Imperatorum tyrocinio hocce defuncti, sed ipsi quoque Comites, Principes, Reges & Imperatores vel a Papa, eius uel legato, vel ab alio facro quodam antistite, vel a Rege quoconque alio, vel etiam a subditis suis sese equites creari passi sint: Exempla Comitum ac Principum quamplurima ab aliis adducta sunt, quibus aliud

quiūm, fibularum, armillarum  
baltei seu cinguli militaris orna-  
menta acceſſerunt, vid. CLAVD.  
PAVSCHET. Lib. I. de l'origine des  
chevaliers, armories & Heraux  
pag. 506. fq. in sp. in quorum o-  
mnium locum, tandem successit  
jus calcaris & gladii deaurati:  
PAVL. CHRISTINAEV. Lib. II. ob-  
seruat. Eugenealog. cap. 37. THEO-  
DOR. HOPPING de jure, insigni, cap.  
II. n. 499. fq. & n. 526.

f) Probatum hoc dedit FRES-  
NEVS ad Joinvillam diff. 22. &  
GABRIEL DANIEL in historia milit-  
arie Francie Lib. III. cap. IV.  
Unde apud Gallos in proverbio  
dicitur, *Le Gentilhomme naît, le  
chevalier se fait*, apud PHILIPP.  
MOREAV en son Tableau des ar-  
moires, cap. VII.

aliud addi potest, quod excerpta chronicorum Riedeseliani g) deequestri dignitate, Godofrido Comiti Ziegenhainensi, d. XIV. Mai Ao. 1371. solemniter collata, suggerunt. Qua autem ratione Henricus, Friederici Barbarossae filius, ex scutifero in maxima gloria & honore miles factus sit, ex ALBERTO STADENS. b), HERITIVS i) notare non praetermissit: praeterea, post Alphonsi Castiliae Regis, filium suum Ferdinandum, in festo natalis domini, militem creantis, aliorumque Regum exempla, a CAROLO FRESNEO k), CLAVD. FAVSCHET l), THEODOR. HOPPINGIO m): FRANCISCO MENNEN n), PAVLO CHRISTINAE o) & aliis cumulatissime repetita, notatum in primis digna sunt verba, quibus Rex Conradus Friederici II. filius, causam & rationem, ob quam miles creari voluit, ciuibus panormitanis exposuit, apud PETRVM de VINEIS p) licet, inquit, ex generositate sanguinis, qua nos natura dotavit, & ex dignitatis officio, qua duorum regnorum nos in solo, gratia divina collocavit, nobis militaris honoris auspicia non defessit, quia tamen militiae cingulum, quod reverenda sancituit antiquitas, nondum serenitas nostra suscepit, prima die praesentis mensis Augusti, latus nostrum cum solennitate tyrocinii eligimus decorandum. Quid? quod Guilielmum Comitem Hollandiae, cum armiger adhuc Imperator electus esset, co-

ram

g) apud KUCHENBECKERVM  
in anal. Hassiac. collect. III. pag. 24.

h) in Chronicis, ad An. 1184.

i) de Feud. Nobil. Sect. III.  
§. 5. Vol. I. Opusc. Tom. II.  
P. 478.

k) ad Joinvillam: Diff. 22. p.  
270.

l) de l'origine des chevaliers, ar-  
moires & Héraux.

m) de Iur. insigni, c. 2. n. 352.

n) in delictis equestrib. sine mi-  
litari, ordinum.

o) Lib. II Observat. Eugenest.  
cap. XXXVII.

p) Lib. 3. Epist. 30.

ram Cardinale Petro Caputio, Pontificis Romani Legato a latere, per Regem Bohemiae productum, non suppuduit, in Ecclesia Colonensi militari collegio adscribi, consuetamque voti formulam profiteri, quam quidem ceremoniam auctor magni Chronicus Belgicus apud PISTOR<sup>q)</sup> retulit. Quandoquidem vero superioribus temporibus ea fuit Germaniae nostrae infelicitas, ut nobilium filii litteras artesque, quibus pacis tempore emergere potuissent, nullo profus studio & amore complexi sint, non potuit non eueniire, quod sua adhuc aetate euenissem, PE I RUS de ANDOR<sup>r</sup>) vir nobilis his commemorauit verbis, ut somno, quieti, ocio, vino, epulis, libidini arque impudiciis vacare, & mox, postquam literarum apices vix ruditer depingere sciebant, quasi inde turpem aliquam notam contraherent. si diutius literarum insisterent studiis, pueruli adhuc, ad canes & equos alendos se applicare maluerint; donec efflorescentibus in germania academiis animaduerterent, patriam nostram, non amplius patrio, sed peregrino populi romani iure regi, imperiique gubernacula, fere in manus latii legistarum & iuris Pontificii ac Caesarei Doctorum, peruenisse. Ex eo enim tempore, quot quot ex nobilium & equitum numero altius quid meditati, ad regiminis ciuilis partes vocari praegetiuunt, gloria incensi literis totos se dederunt. Inclaruerunt igitur ab hoc tempore viri summo loco nati, toga non minus, quam sago conspicui<sup>s)</sup>, quibus, infulac doctoralis splendore, illustres maiorum imagines illuminari, tanto minus indecorum visum fuit, quo magis, cum in cathedralibus ecclesiis t<sup>t</sup>),

tum

q) Tom. III. scrip. p. 256. sq. observat. iur. & hist. germ. ob-  
r.) de Ins. Rom. ger. Lib. 2. servat. I. §. X.  
cap. II.  
s) Illustr. Dn. STRVBE. c. I.  
s) Illustr. Dn. STRVBE Decad. §. XII.

tum in functionibus officiorum ciuilium honorationibus,  
aequali cum equeſtri dignitate censu aeftimata, lucere  
coepit, & demum vel ideo praelata fuit, quod ex anti-  
qua nobilitate Doctoris titulo insigniti, etiamſi armis  
& litteris apti fuerunt, adpellari tamen Doctores ma-  
luerunt, quam ornari ac inſtrui cingulo militari. Te-  
ſtantur hoc exempla tot Ducum, Principum, Comi-  
tum, Baronum, qui literarum insignibus decorari, &  
de hoc honore virtute adquisito gloriari summae fibi  
laudi duxerunt: Inter ceteros ex Ducum, Principum  
& comitum ordine nominandi videntur, Johannes Me-  
gapolitanus Theologiae, & Georgius Teccensis Jur-  
vtr. Doctor, Richwinus Lotharingiae Dux, Hermannus  
Haffiae Landgrauius & Guilielmus Comes de Egmont  
artium liberalium Magistri creati. Ad militares autem  
gentes, si quis oculos animunque adpulerit, tot nu-  
mero fuit, ex quibus heroes literati, his insignibus at-  
que infulis nitentes, prodierunt, ut omnes hic com-  
memorare, nec temporis, nec chartae angustia per-  
mittat. Intueamur faltem catalogum perfonarum cam-  
eralium a G. W. WORMBSERO concinnatum, & ad  
calceni iuris cameralis PETR. DENAISII v) adiectum,  
ſtatiſ nobis quam plures equeſtris dignitatis, gentili-  
tiaeque nobilitatis viri ante oculos ponuntur, queis ſcien-  
tiae nobilitas & Doctoris titulus minime indecorus, sed  
maximo ornamento fuit; Tales fuit Theodoricus de  
Pleiningen, Georgius de Hatzfeld, Henricus de Meis-  
ſenberg, Vriel de Gemmingen, Georgius de Emmers-  
hofen, Sigismundus de Reſchach, Sebastianus de  
Hirnheim, Eitelius de Senſt, Mathias de illaw,  
Wolff-

v) in nouissima editione, quae Ao. 1652. Argentorati prodiit pag.  
710. f. q.

Wolfgangus de Beilwiz, Philippus de Venningen, Guilielmus de Neuhausen, Joh. Wernher de Themar, Joachimus Mynfingerus a Frundeck, Hermannus de Amelungs, Cuno de Wallbron, ceteri, qui omnes ab Anno 1498. usque ad annum 1562. Cameræ Imperialis Aduocatus, Florentinus autem de Venningen primus Aduocatus fuit, cum Ao. 1495, Francofurthi, in domo Braufelsiana, summi huius iudicij initium fieret. Praeter Vrielem de Gemmingen, qui tandem in Ecclesia Moguntinensi a summam Archi-Episcopalem & Eleitoralem dignitatem euectus fuit, circa idem tempus, duo quoque fratres ipsius, Georgius, Spirensis Ecclesiae cathedralis Praepositus, & Erpho de Gemmingea, ibidem Praepositus, ut & Wormatiensia Ecclesiae Decanus, iuris vtriusque Doctoris honore conspicui fuerunt.

Quantopere etiam erudite nobilitatis decus Sigismundus ab Herberstein, eum Baccalaurei titulo in Academia Viennensi suscepit, se delectauerit, vberius exponit illuſtr. Senior Dn. GEBÄVERVS <sup>x)</sup> Georgius quoque Breitenbach in Academia Lipsienſi Doctor non minus ac Professor iuris, quam imaginibus clarus fuit, quemadmodum & Vitus a Furſt, Ludovicus ab Ofingen, Christophorus a Giech, Joachimua a Beuſt, Christophorus & Georgius de Schwalbach & reliqui in indice apud IOSTAM NOLDEN <sup>y)</sup> nominati, ut & Conradus ab Einſiedel, nec non plures alii, in suae do-

<sup>x)</sup> in program. quo folemnia inaugural. Viri Perillaftris Bur-

chardi Christiani Behr, Equitis

Luneburgici, nunc sacrae Cae-

ruii iudicio aulico a Confiliis, An-

no CCCCCXXXVIII. indixit.

anno CCCCCXXXVIII. indixit.

<sup>y)</sup> in fine *Synopticae Tractatio-*

*nis de ſtatu nobil. ciuil. p. 529. ſq.*

b

doctrinae ac scientiae iuris ad culmen perductae testimoniū ab amplissimo huius professionis ordine, Icti & Doctoris titulo salutari voluerunt, sibique id nec inutile, nec indecorum, sed scientiae nobilitatem virtute partam, generis nobilitati longe praeferendam esse, existimarunt. Quae laudabilia exempla vellemus intueri eos, qui velut a bonis artibus abhorrent, & literas ipsas fastidientes, togatam omnino militiam, gentilium nobilitatem adeo non decere putant, vt, qui ex insigni ac nobili stirpe nati, literis solum operam dant, praeter nomen der *Feder-Ritter* non alia insignia gentilitia quam ouem, columbam, calatum, vas atramentarium & similia gestare debeant, donec ista ignominia eos deterreat, bellum derelinquere z); ita literatos quoque tanquam viles & sordidos & omnes dignitates scholasticas despiciunt, ingentique superciliosus contemnunt, ut tantum non sibi aliquis persuadeant, Icti & Doctoris agnomine, nobiles natales annosque majorum imagines eo magis obscurari ac dedecorari, quo magis constat, & quotidiana testatur experientia, ex eo tempore, quo nummis etiam in Academias Doctoris titulus comparari potuit, nec Doctoratum ipsum amplius sincerum, sed aurum saepe pro scientia esse, ut suam tempore conqueritur AENEAS SYLVIVS a) quo in-

z) Philosophiam hanc lepidam sequutus est auctor scripti, cui titulus est: *Gruendlicher Beweis, das ein Fuerst absonderlich ein maechtiger Potentat, nicht allein von Rechts wegen könne, sondern auch in seinem Gewissen verbunden sei, entweder die Ritter-*

*Dienste in den ersten und alten Zustand wieder zu setzen, und dabey beständig zu erhalten, oder ein proportionirliches Stueck Geld alle Jahr davor zu fordern p. 26. sq.*

a) In Vita Friderici III. Imperat. pag. 81.

instituto non potuit non fieri, vt, cum dignus & indignus ablatios adsciscant, non semper doctus sit, qui Doctor salutatur, sed plures in hoc ordine reperiantur, qui, cum in solo titulo de juris & facti ignorantia progressus fecerint, nec doctores & sapientiores, subita, metamorphosi, ex cathedra descendere potuerunt, quam in eam adfcenderunt, quos quidem, si quis velit, siue *Docto-  
